

S. V. 52.

15.0.

Supp. 60,82/c

5173

JOANNIS ALBERTI GESNERI

MED. DOCT. SEREN. WIRTENBERG. DUCIS CONSILIARII, ARCHIATRI ET
COLLEGII METALLICI ASSESSORIS, ACADEMIARUM REGIAR.
BEROLIN. ET STOCKHOLM. SODALIS

MATERIA MEDICA

HISTORICO-PHYSICO-MEDICE
DESCRIPTA

AD

CERTAS CLASSES

PER

TRIA NATURÆ REGNA

RELATA

NOTAS BONITATIS ET MANGONII
VIRES ATQUE USUS EXHIBENS

UT

NON MODO TIRONIBUS MEDICINÆ ET PHARMACIÆ
PRO COMPENDIO DOCTRINÆ
SED ET DOCENTIBUS

PRO NORMA PRÆLECTIONUM ACADEMICARUM
INSERVIRE POSSIT.



*Cum Gratia & Privilegiis Sacr. Cæs. Maj. Seren. Elect. Saxon.
nec non Seren. Ducis Wirtemberg.*

STUTGARDIÆ

SUMTIBUS IOANNIS CHRISTOPHORI ERHARDI BIBLIOPOLÆ,
ANNO MDCCLXXI.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

AMERICAN

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

BERKELEY

1911

LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

339635



BIBLIOPOLA AD LECTOREM.

Cum novam, auctam & emendatam *Pharmacopoeæ Wirtenbergicæ* editionem, curis ac sumptibus meis in lucem edere, constitutum mihi esset, memini amicorum quorundam desiderii, sæpius olim repetiti, ut Partem priorem hujus libri, quæ Materiam medicam, historico - physico - medicæ descriptam, continet, a Parte posteriore, composita & præparata, modum præparandi & encheireses exhibente, separarem, & in forma minori ita ederem, ut non modo tironibus medicinæ & pharmacis pro compendio doctrinæ, sed & docentibus pro norma prælectionum academicarum inservire possit.

Prodit itaque hoc *Compendium materiæ medicæ* prima vice separatim sub nomine B. Autoris, Doctissimi & Clarissimi Dni. *Joannis Alberti Gesneri*, M. D. Consilarii & Archiatri Wirtenb. &c. qui librum hunc olim nomine Collegii Archiatrialis congeffit, & quem nunc Doctissimus atque Clarissimus Dnus. *Joannes Georgius Hopfengartner*, M. D. Consiliarius & Archiater Wirtenb. &c. Collegarum nomine & officii ergo recognovit, emendavit, atque multis in locis auxit. Benevolus Lector conatibus meis faveat, & libro hoc in suum commodum utatur. Dabam Stutgardiaë, die 3. Aprilis. 1771.

EXPLICATIO FRONTISPICII.

In medio illius templum naturæ representatur. Conspicitur in illo *Natura*, multis instructa mammis, tanquam mater omnis fertilitatis, atque nutrix omnium rerum; unde etiam *Multimammia* dicta est.

Ante & circa hoc templum quatuor partes mundi conspiciuntur: I. *Europa*, sub imagine matronæ Romanæ, corona murali ornata, quæ sub brachio cornu copiæ, diversis fructibus impletum, & aristas in manu tenet, sarcinisque nonnullis mercatoriis insidet. II. *Asia*, sub icone Turcæ stantis. Juxta illum dolium & sarcina, mercibus orientalibus impleta, nec non camelus, quo animali populi orientales utuntur, ad merces suas deportandas, conspiciuntur. III. *Africa*, sub effigie Negri, flexis genibus. IV. *America*, sub icone maris subluteo - albi, corona & præcinctorio plumeo ornati, altero pede flexo.

Hæ personæ quatuor dona naturalia e tribus naturæ regnis, minerali, vegetabili & animali, suis terris propria, afferunt, & ea coram templo naturæ deponunt.

In prospectu lateris unius montes, cum metallifodina & feris quibusdam; in altero latere vero mare, cum navibus mercatoriis, apparent. Pars reliqua hujus frontispicii diversis plantis exoticis ornata est.

CONSPLECTUS.

Classis I. REGNUM MINERALE.

- Caput 1. De Terris. p. 1.
II. De Salibus nativis & artefactis. p. 3.
III. De Lapidibus vulgaribus & minus pretiosis. p. 5.
IV. De Lapidibus pretiosis. p. 9.
V. De Metallis, Mineralibus & Pigmentis. p. 10.
VI. De Marinis. p. 16.

Classis II. REGNUM VEGETABILE.


- Caput 1. De Radicibus. p. 19.
II. De Herbis & Foliis. p. 47.
III. De Floribus. p. 75.
IV. De Seminibus. p. 81.
V. De Fructibus, Baccis & Nucleis. p. 95.
VI. De Aromatibus. p. 105.
VII. De Corticibus. p. 110.
VIII. De Lignis & Viscis. p. 115.
IX. De Gummi & Resinis. p. 120.
X. De Resinis liquidis & Balsamis nativis. p. 130.
XI. De Succis condensatis & concretis. p. 133.
XII. De Fungis & Muscis. p. 138.

Classis III. REGNUM ANIMALE.

- De Animalibus & eorum partibus. p. 140.
Appendix. p. 157.



CLASSIS PRIMA.
REGNUM MINERALE.



CAPUT I.
DE TERRIS.

Bolus alba, *Bol blanc*, *weisser Bolus*. Quicquid apud scriptores materiæ medicæ sub nomine boli occurrit, est argilla pinguis, quæ in aqua aliquo modo solvitur, & in igne in lapideam substantiam indurescit. Colore distinguimus diversas species. *Bolus alba virtutis est adstringentis & siccantis; nunquam interne, sæpius vero externe in usum vocatur.*

Bolus Armena, Armeniaca, *Bol d'Armenie*, *Armenischer Bolus*. Laudatur illa, quæ promte linguæ adhæret; coloris pallido rubri, lubrica & impalpabilis, non arenosa est. Olim ex Oriente advehebatur, nunc etiam in Galliæ & Germaniæ nonnullis provinciis reperitur. *Adscribitur ei vis bezoardica, & notorie adstringit.*

Bolus rubra vulgaris, *Bol rouge vulgaire*, *gemeiner rother Bolus*. Advehitur ex Bohæmia & Episcopatu Salisburgensi. *Raro a Medicis præscribitur; veterinariis vero, & ad Spiritus Nitri & Salis-destillationem inservit. Hanc & præcedentem colorem a Marte habere, experimenta loquuntur.*

Creta alba, *Craye blanche*, *weisse Kreide*. Est terra alcalina, calx fossilis & nativa fere. Laudatur Coloniensis, quæ alba, levis & non arenosa est. Cum Tartaro, qui vix, & in aqua ebulliente tantum solubilis, cocta, illi salium alcalinorum solubilitatem conciliat. Ope cretæ aquam marinam potabilem reddere, docuit in *Comment. Societ. Scient. Harlemens. P. II. Cl. Allemand*, quatuor pintis aquæ marinæ cretæ unciam unam addendo. *Acidum absorbet; usus tamen internus vix laudabilis.*

Lac Lunæ, Agaricus mineralis, *Lait de Lune*, *Agaric mineral*, *Monmilch*. Est creta friabilissima, levissima, quam aqua poros saxorum transiens solvit, atque intra rimas & cavernas montium deponit. Maximus

ejus est proventus in Helvetia, in cavernis montis pileati sive fracti, & montis Wallenstock; reperitur etiam in caverna illa celeberrima Ducatus Wirtembergici, quæ Nebelloch vocatur. *Virtutem habet absorbentem, & ad lactis augmentationem nutricibus (annon incongrue?) præscribitur.*

Lithomarga, Medulla faxorum, *Moëlle de pierre, Steinmarck.* Est substantia solida, coloris ut plurimum grisei, pinguis, lubrica; *adstringentis saporis & virtutis.*

Ochra, Ochre, Ocre, Ocher gelb. Est terra martialis, coloris subflavi. *Pictoribus inservit.*

Rubrica fabrilis, Sinopis veterum, *Craye rouge, Röthel-Stein.* Est Ochrae sive potius Margæ martialis species, Bolo durior, valde adstringens. Ex Episcopatu Salisburgensi magna in copia advehitur. *Raro tamen in usum medicum venit; cum melle rosato mixta ad Apbtas commendatur.*

Terra Japonica. Vide Succum condensati.

Terra Lemnia, *Terre Lemnienne, ou de Lemnos, Lemnische Erde, Erde aus der Insel Lemnos.* Coloris diversi, vel pallidi, vel flavo fusci, vel rufescentis; nobis ex Turcia advehitur. Eligatur, quæ saponis instar, pinguis est, modice adstringit, nec digitos colore inficit. *Virtute gaudet adstringiva. Pulveres varios, Bezoardicos dictos, ingreditur, hodie vix amplius probatos.*

Terra sigillata alba Turcica, *Terre sigillée blanche de Turquie, weisse Türkische Siegel-Erde.*

Terra sigillata alba Goldbergensis, *Terre sigillée blanche de Silesie, weisse Schlesische Siegel-Erde.*

Terra sigillata Melitensis, sive de Maltha, *Terre sigillée de Maltha, Malthesische Siegel-Erde.* Coloris albi, & plerumque effigie S. Pauli signata est. Uti reliquæ terræ sigillatæ, impalpabilis & pinguis esse debet. *Terræ sigillatæ albæ omnes viribus conveniunt, nec adeo, sicut rubræ, adstringunt.*

Terra sigillata rubra Turcica, *Terre sigillée rouge de Turquie, rothe Türkische Siegel-Erde.* *Hæc, & aliæ hujus coloris, cum Bolo Armena conveniunt.*

Terra sigillata Silesiaca grisea, vel lutea Strigoniensis, *Terre sigillée grise de Silesie, graue Schlesische gesiegelte Erde.* A nonnullis *Axungia solis* vocatur. Pinguis, minus friabilis, atque sabuli omnis expertus, eligenda. *Viribus cum terra Lemnia convenit.*

Terra Tripolitana, Tripela offic. Tripoli, *Tripel-Erde.* Est terra argilloso-arenosa, martialis indolis. Coloris vel cinerei, vel lutei, vel albi. *Usus potius est mechanicus, (maxime lutea, quæ levis atque impalpabilis esse debet,) quam medicus.*

Terra viridis, Viride montanum, Chryfocolla veterum, *Terre verde, Verd de montagne, Chryfocolle, grüne Erde, Berggrün.* Est ochra venerea.

venerea. Ex Hungaria nunc, olim ex Armenia adferebatur; eligenda, quæ saturate viret. *Pictoribus inservit potissimum; Chirurghi vero etiam ad purganda & exsiccanda ulcera maligna, ea uti possent.*

CAPUT II.

DE SALIBUS NATIVIS ET ARTE FACTIS.

Alumen crudum vulgare, album, glaciale, *Alum ou Alum blanc, vulgaire, gemeiner, weisser Alaun.* Est sal minerale, quod in Anglia, Suecia & Germania ex propria minera educitur. Passim invenitur etiam alumen nativum. Acidum Aluminis, cum Vitrioli acido, convenit; terra vero Aluminis, specificæ, alcalinæ, argillaceæ, & Vitrioli, metallicæ indolis est. *Usus ejus est multifarius medicus, valide adstringens, coagulans, exedens.*

Alumen Romanum, rupeum, rubrum, *Alum ou Alum Romain, de roche, rother Römischer Alaun.* Ex Italia advehitur, & prope *Tulfam*, ex saxo calcinato, certis encheiresibus, extrahitur. Coloris rosei pallidi, & in crystallis esse debet; *cum præcedente convenit.*

Alumen saccharinum, ad præparata pertinet, & in parte posteriori querendum est.

Borax, Borax Veneta, Chryfocolla, *Borax de Venise, Borras, Borax.* Est sal, quod ex peculiari mixto salino, quod ex Orientalibus Indiis sub nomine *Tinkal* advehitur, Venetiis & in Hollandia paratur. Eligenda est alba, crystallina, levis, in igne facile fluens, atque vitrescens. Curiosum est, Boracem, ad cujus solutionem viginti aquæ partes requiruntur, addito cremoris tartari duplo, pauca aqua ita solvi, ut ne formam quidem solidam amplius induat. *Incidit, attenuat, abstergit, stimulat; urinam, menstrua & partum promovet, atque hoc scopo aliis calidis, sanguinem commoventibus medicamentis præferri meretur. Dosis scrupulus unus vel drachma semis. Aurifabri borace ad aurum fragile, ductile reddendum, utuntur.*

Cineres clavellati, Sal alkali vulgare, *Potasse, Vedasse, Cendre gravelée, Potasche.* Sunt sal fixum lixiviosum, ex cineribus lignorum, præsertim duriorum, e. g. querni & fagini extractum & calcinatum, quod in magna quantitate e Moscovia, Curlandia & Hassia advehitur, atque etiam apud nos in sylva martia paratur. Non purum est alkali, sed sal continet neutrum sive medium, cum Tartaro vitriolato conveniens, quodque facile solutione & crystallisatione separari potest. *Usus Cinerum clavellatorum est varius, & plurimus in arte tinctoria & vitriaria. In Medicina, si a terra & sale neutro depurantur, loco salis tartari inservire possunt. Salium alcalinorum fixorum omnium vis est acidum domans, glutinosa dividens, exæstuans, diuretica, externe, si soluta in forma fomenti applicentur, tumores lymphaticos & lacteos potenter resolvens.*

Nitrum, Sal petræ, *Nitre, Salpêtre, Saliter, Salniter, Salpeter.* Tam regno animali, quam vegetabili & minerali, originem debet. Elicitur apud nos, mediante aqua, ex terra nitrosa, quæ in hypocaustris & stabulis fuditur, atque urina, vel aliis excrementis animalium, a longo tempore impræ-

gnata fuit. Solutio sive extractio, ob pinguitudinem nunquam in crystallos abit; hinc per lixivium, ex vegetabilium cineribus & calce viva paratum, depuratur, atque evaporata superflua aquositate, ad crystallifandum reponitur. Eligendum album, purum, quod crystallos exhibet longas, sexangulares, prismaticas; carbonibus ignitis inspersum, absque crepitatione promte deflagrat, atque in aqua facile dissolvitur. *Est medicamentum polychrestum, refrigerans, orgasmum sanguinis & bilis acrimoniam temperans, antispasmodicum, ischæmum & diureticum. Datur a granis quinque ad scrupulum unum & ultra. Usu nimio debilitatem, imprimis ventriculi, induxisse, experientia docuit.*

Sal Anglicum laxativum, Ebshamense, *Sel d' Epsom, Sel purgatif amer, Englisches Laxier-Salz.* Olim ex fonte medicato Ebshamensi in Anglia solum, aquam evaporando, parabatur; nunc etiam ex salis culinaris lixivio residuo, etiam apud nos Sulzæ ad Nicrum, certa encheiresi conficiunt. Advehitur nobis ex Anglia, ubi prope urbem Lemington, quæ ad comitatum Southampton vel Hant-Shiere pertinet, magna ejus quantitas ex residuo lixivio a salis marini depuratione, paratur. Eligitur album, siccum, purum, in aqua facillime solubile. *Medicamentum est, album ciens, incomparabile, & secure etiam in febris ab uncia ad unam semis in aqua solutum dari potest.*

Sal armoniacum, ammoniacum, *Sel ammoniac ou armoniac, Salz miac.* Sal est artificiale, ex stercore animalium & straminis fuligine in placentas sublimata, paratum. Advehitur ex Ægypto, ubi magna quantitas hujus salis in provincia, quæ Delta vocatur, non procul ab urbe *Mensoura*, in pagis *Damire* paratur. Eligatur candidum & purum, quod addito sale alcalico statim odorem salis volatilis spargit. Datur & nativum, quod inter rariora numerandum. Vulgare hoc sal continet acidum salis communis, & alcali volatile urinosum. *Usus illius est varius, tam medicus, quam mechanicus. Incidit, attenuat humores pituitosos, diaphoresin auget; a nonnullis pro specifico habetur antifebrili, & a scrupulo uno ad duos exhiberi solet.*

Sal Egranum, *Sel purgatif d' Eger, Eger-Sauerbronnen-Salz.* Paratur ex acidulis evaporatis. Seligitur album in crystallo. *Album leniter & absque torminibus laxat. Dosis drachmæ duæ ad sex. Datur aquas minerales bibentibus.*

Sal gemmæ, *Sel gemme, mineral, fossile, de roche, Stein-Salz.* Sal est fossile seu nativum, quod ex Polonia adfertur. Eligendum pellucidum, album. *Usus est tam culinaris, quam medicus.*

Sal marinum, *Sel marin, Meer-Salz.* Eligendum purum, crystallifatum, cubicam figuram exhibens. *Sal culinare nostrum, fontanum, gemmæ, & marinum ejusdem sunt indolis, & non nisi puritate differunt; hinc etiam culinare illis substitui potest. Sal est condimentum ciborum universale, & vim habet incidentem, discutientem & diureticam.*

Sal Sedlizenfe, *Sel purgatif de Sedliz, Sedlizer Salz.* Ex aquis mineralibus amaris Sedlizensibus in Bohæmia conficitur. Eligendum album, crystallifatum. *Cum Sale Anglico virtute laxativa convenit; in eo autem differt, quod illud acidum quoque Salis communis, hoc purius vitriolicum contineat. Si quidem affuso Oleo vitrioli ex Sale Anglico Spiritus acidus fumans expellitur, ex Sale vero Sedlizenfi non ita.*

Soda Hispanica, *Soude*, *Soude en pierre*, *Spanisches Aschen-Salz*. In glebis diversæ magnitudinis, coloris cinerei, ex Hispania advehitur. Paratur per incinerationem plantæ, quam *Kali geniculatum*, vel *Salicorniam* vocant. Planta nimirum exsiccata, in fasciculos collecta, in ferrea crate super foveam posita, comburitur, cineres inde orti, in fovea collecti, cooperiuntur, qui, successu temporis, in massam, duritie lapidem æmulantem, coeunt. Quæ massa diffracta, ubicunque divehitur. Præfertur Soda, quæ *Soude d' Alicante* vocatur, & ex portu Valenticiæ *Alicanta* advehitur, quæ ex cœruleo cinerea, sicca & tinniens, intrinsecus & extrinsecus spongiæ instar porosa & odoris paludosi madefacta expers est. *Usus sodæ in medicina nullus, nisi ad Sal Seignette; in arte vitriaria & tinctoria plurimus.*

Vitriolum album, *Vitriol blanc*, *weisser Vitriol*, *Galizen-Stein*, *Augen-Stein*. Apud Goslarienses, ex minera plumbi argentifera montis *Rammelsberg* elicitor. Modum parandi, *Schlüterus*, in elegantissimo opere de arte fuloria, *Schmelz- und Hüttenwerk*, describit, ferrum, cuprum & copiosam terram zinci habet. Sit, sacchari instar, album, & non nimis durum. *In collyriis adhibetur; mundificat, siccat & adstringit. Ob particulas cupreas interne sumtum vomitum ciet, & caute hoc scopo exhibendum.*

Vitriolum cœruleum, de Cypro dictum, *Vitriol bleu de Chypre*, *blauer Vitriol*, *blauer Galizen-Stein*. Artificiale, cupræ vel venereæ indolis est. Eligendum Sapphiri instar cœruleum, crystallisatum. *Virtutem habet septicam & adstringentem; raro vero in usum venit medicum, nisi externe, & ad pulverem sympatheticum.*

Vitriolum viride, Romanum, Hungaricum, Anglicum, *Vitriol verd*, *Romain*, *d' Hongrie*, *d' Angleterre*, *Römischer*, *Ungrischer*, *Englischer*, *grüner Vitriol*. Ferri dives est. Sit herbacei coloris & crystallisatum. Ex Hungaria & Anglia, nec non Episcopatu Salisburgensi, ubi tam e minera propria, quam ex pyrite calcinato conficitur, advehitur. Datur etiam nativum, quod in metallo-theis curiosum adservatur. *Usus est mechanicus & medicus. Tartarus vitriolatus Tachenianus optime ex hoc Vitriolo paratur.*

Vitriolum vulgare, *Vitriol d' Allemagne*, *vulgaire*, *gemeiner Vitriol*, *Kupferwasser*. Coloris dilute virescentis, siccum & crystallinum esse debet, pariter cupri & ferri particeps est, & apud Goslarienses magna in copia paratur. *Tinctoribus usus est maximus; cum gallarum infusione mixtum, atramentum præbet scriptorium, & ad decoctum requiritur nigrum.*

CAPUT III.

DE LAPIDIBUS VULGARIBUS ET MINUS PRETIOSIS.

Aëtites, *Aquilæ lapis*, *Pierre d' Aigle*, *Aëtites*, *Adlerstein*. Lapis quasi prægnans, alio in utero sonante. Differt a Geode, qui non sonat, & intus marga plenus est. Præfertur Orientalis, qui plerumque ovalis figuræ est & magnitudinis. *Usus ad partum promovendum ridiculus; cum vero martialis indolis est, vis adstringens omnibus innotescit.*

B

Ala-

Alabastrum, Alabastrites, Albâtre, Alabaster. Est Gypsi purioris species, polituram admittens, plerumque albi coloris. *Vim habet refrigerantem, & ad unguentum alabastrinum requiritur.*

Alumen plumosum, plumeum, Trichites, Alum ou Alun de Plume, Federtweiß. Asbesti est species, quæ ex Insulis Rhodo & Creta advehitur. *Propter fibras acutas pungentes, & per affrictionem cutem rubefacientes, unguentis ad membra tabida, admisceri a nonnullis solet.*

Alumen scissile, Lapis specularis, Talc transparent, Pierre speculaire, Miroir d'Ane, Frauen-Glas, Frauen-Eiß. Est Spatum seleniticum, lamellatum, vitri instar pellucidum. *Usus plurimus est mechanicus; ad pulverem Viennensem album etiam requiritur.* Non confundendum est cum hoc lapide speculari Vitrum Moscoviticum, *Verre de Moscovie, Moscovitisches Frauen-Glas*, quod in Gypsum per ignem non mutatur; sed pellucidissimum, lamellatum, igni resistit, & ad *Micarum* classem pertinet.

Amiantus, vide Asbestus.

Armenius lapis, Pierre Armenienne, Azur, Armenier-Stein, Bergblau. Opacus est, cœruleus, maculis nonnunquam argenteis, viridibus & nigris, intermixtus. Minera est Veneris; inde etiam est virtus ejus purgans. *Melius & securius ad pigmenta, quam in Medicina adhibetur. Probatum saturate cœruleus.*

Asbestus, Asbeste, Amiante, Stein-Flachs. Lapis est scissilis, & filamentosus, igni resistens. Veteres, indusia, aliaque, ex hoc lapide præparare sciebant; quæ, ubi sordida igni tradebantur, pura evadebant. Fibras Alumine plumoso habet molliores, & optima ex Japonia & China advehitur. Amiantus & Asbestus passim ut synonyma occurrunt. Lapidem hujus varietates nonnullis imposuerunt, ut diversas statuerint species.

Bufonites, Bufonius lapis, Batrachites, Brontias, Chelonites, Crapaudine, Batrachite, Krötenstein. Lentem vitream simulat, una parte convexam, altera concavam. Coloris est ex fusco pallentis, aliquando fusci, interdum nigri, viridis, versicoloris. Sunt, qui distinctionem inter Bufonitam & Batrachitam faciunt, atque priorem a bufone, posteriorem vero fossililem & mineralem esse credunt. De utroque nullum est dubium, illos ad petrefacta, vel lapides sic dictos figuratos, pertinere. Haud raro in Daniæ regno reperitur. *Alexipharmaca, antepileptica & lithontriptica venditatur virtus.*

Calaminaris lapis, Pierre Calaminaire, Calamine, Cadmie, Gassmen. Vocatur etiam *Cadmia fossilis.* Est minera terrea sive Ochra Zinci coloris subflavi, rufescentis, nonnunquam grisei; eruitur ex fodinis propriis & metallicis, inprimis circa Aquisgranum magnus ejus est proventus. *Metallicæ indolis est; cum cupro enim fusus, non solum colorem ejus rufum in aureum mutat, sed & pondus auget & in orichalcum transmutat. In Medicina, ad collyria, emplastra & unguenta exsiccantia adhibetur.*

Calx, Lapis calcarius, Chaux, Pierre a chaux, Kalkstein. Calcinatus lapis, calx viva dicitur. Marmoris species est, siquidem ex quovis marmore, forti igne calcinato, calx viva producitur. *Varius ejus est usus in medicina.*

dicina. Cum salibus alcalinis, vel etiam cineribus mixta, dat lixivium forte, ex quo Lapis causticus, vel Cauterium potentiale, paratur; item ad saponis confectionem, nec non ad aquæ calcis vivæ præparationem, requiritur. Aqua multa lota atque edulcorata, Emplastrum defensivum ingreditur.

CrySTALLUS montana, Cristal, Cristal de roche, Crystall, Berg-Crystall. Vitri instar transparentis, dura, atque sexangularis esse debet; duritie a fluoribus, qui sæpius in metallifodinis reperiuntur, distinguitur. Variis in locis reperitur, imprimis ex Helvetia nobis adfertur. *Vis absorbens & specifica ad diarrhoeas biliosas infantum a lacte coagulato ortas, merito in dubium vocatur.*

GLACIES Mariæ vulgaris, Pierre speculaire, Miroir d'Ane, gemein Frauen-Eis, Federtweiß. Glacies Mariæ, Specularis Lapis & Selenites, multum inter se conveniunt, ut vix discerni possint. Multis in locis, etiam in Ducatu Wirtembergico, reperitur; Coloris albicantis, figuræ rhomboideæ, scissilis. Præfertur clara & pellucida. *Calcinata, a veterinariis pecudibus ad calorem febrilem temperandum, exhibetur. Argentifabris ad polienda vasa inservit.*

HæMATITES, Pierre Hematite, Pierre Sanguine, Ferret d'Espagne, Blutstein. Minera est Martis, coloris obscure rubentis, saporis terrei adstringentis. Diversæ reperitur speciei, *fibris longioribus*, qui in usum medicum vocatur; *fibris brevioribus*, figura convexa, sicut cranium humanum, qui germanis metallicolis Glaszopf audit; tertia species *Schistus* est, qui loco fibrarum lamellas, sicut Alumen scissile, habet. *Omnes virtute adstringente martiali pollent.*

Judaicus lapis, Phœnicites, Tecolithus, Pierre judaïque, Judenstein. Lapis est variæ figuræ, ut plurimum olivaris, cum & sine petiolo. Colore est cinereo; duritie vix silici cedit, facile tamen in pulverem redigitur. Reperitur in Judæa, unde forsan nomen accepit: tamen haud raro etiam in aliis obvius est provinciis. Ad petrefacta pertinet, & secundum modernorum sententiam, sunt radioli Echini marini petrefacti. *Adscribuntur huic & aliis ejusmodi petrefactis vis diuretica & absorbens.*

Lazuli lapis, Pierre d'Azur, Azur, Outre mer, Lasurstein. Coloris debet esse cyanei, punctulis aut flammulis, ac venis aureis, ornatus. Durior est armenio lapide; ambo autem sunt mineræ cupreæ profapiae. Eligitur pulchre, Sapphiri ac Cyani florum instar, cœruleus; ex Oriente allatus, & in igne colorem non mutans, in usum trahitur medicum. Duplo vel triplo, salis alcali, igne forti fusus, in vitrum abit nigerrimi coloris. Quod signum præbet, præter cuprum etiam ferrum, & quidem in majori quantitate, respectu cupri, continere; quin *Marggrafius* in experimentis de hoc lapide institutis, ne vestigium quidem cupri, sed pyritis martialis invenit. Circumferuntur etiam nonnunquam a metallicolis vagabundis, lapides, coloris dilute violacei, striis aureis ornati, quos pro vero Lapide Lazuli vendere conantur. Sunt vero arsenicalis & martialis indolis; hinc pharmacopœi caveant, illos vero Lapidi Lazuli substituere. Quamvis non negandum, etiam vero eleganter carere officinas nostras posse. *Ingrediens est Confectionis Alkermes, & ad melancholicos humores educendos commendatur. Pictoribus largitur colorem elegantissimum cœruleum, Ultramarinum dictum.*

8 DE LAPIDIBUS VULGARIBUS ET MINUS PRETIOSIS.

Lyncis lapis, Belemnites, Ceraunius, Dactylus Idæus, Pierre de Lynx, ou Belemnite, Raßenstein, Luchsstein, Donnerstein, Drydens finger. Figuræ & magnitudinis diversæ reperitur. Succini instar est diaphanus, & fere ejusdem coloris flavescens, figuræ teretis, & dum corporibus duris affricatur, urinosum graveolet. Ille, qui pyramidalis vel conici figura, coloris griseo-nigricantis & non pellucidus est, Belemnites strictè dicitur; ambos ex concharum & quidem Holothuriorum familia, & inter petrefacta esse, certum est. *Virtute, cum lapide judaico, convenit. A plebe ad incubum & febres intermittentes commendatur.*

Magnes lapis, Pierre d'Aimant ou Aiman, Magnetstein. In ferrifodinis reperitur. Ferri colorem habet, & ferrum continet. Virtutes ad polos directivæ, ferrique ac arenæ martialis attractivæ, omnibus notæ. Quo validius ferrum attrahit, eo melior. *Usus in Medicina est rarus; emplastris siccantibus nonnunquam additur.*

Nephriticus lapis, Pierre Néphrétique, Griefstein. Coloris obscuræ viridis, variis coloribus permixtus; semper quasi oleo inunctus videtur. Falso Japidum familiæ adnumeratur. Gypsum potius esse, instituta experimenta demonstrant. Affertur ex Hispania & Bohœmia. *Virtus ex nomine patet; interne datur a drachma dimidia ad integram, externe vel carpo, vel regioni renum, alligare jubent.*

Osteocolla, Ostéocolle, Beinbruch, Bruchstein. Tophus calcareus, cylindricus, perforatus. Ob figuram, ossa æmulantem fistulosam, ita vocatur, ossiumque fractorum coalitum promovere creditur. A nonnullis pro radice populi nigræ petrificata habetur. Coloris est albicantis & Coralli instar. In locis arenosis in Palatinatu, Silesia &c. reperitur. *Emplastris additur siccantibus & catagmaticis.*

Pumex, Pierre ponce, Bünsenstein. Eligendus est levis, albicans, & tritu facilis. Ab ignivomis montibus Ætna & Vesuvio ejicitur; reperitur etiam haud procul a Thermis Embsensibus. *Virtutem habet siccantem, adstringentem & mundificantem. Usus plurimus est ad dentifricia.*

Selenites, Selénite, Selenit. Lapis est figuræ & coloris varii. Igne calcinatus, gypseam indolem ostendit; nam cum acidis non uti calcareæ terræ effervescebat. Multis in locis reperitur, & varias sub se comprehendit species.

Silex, Caillou, Rieselstein. Omnibus notissimus. Laudatur e fluviis collectus. *Ad liquorem silicum requiritur.*

Smiris, Smyris, Emeri, Emeril, Schmergel, Schmirgel. Lapis est ponderosus, ferruginei coloris, ad nigredinem tendentis. Ex Hispania affertur, & in ferrifodinis reperitur. *Usus est mechanicus, & raro vel nunquam in Medicina adhibetur.*

Spongiarum lapis, Pierre d'éponge, Schwammstein. In spongiis marinis reperitur. Est concretum tophaceum salsum, ordinario coloris griseo-albicantis & substantiæ friabilis. *Strumis opponitur, atque virtute gaudet diuretica & absorbente.*

Talcum,

Talcum, Stella terræ, *Talc*, *Talch*, *Talcl*. Varii est coloris, lamellis molliusculis, tenuioribus, ad tactum quasi pinguibus, igni resistentibus, confans. Præfertur illud, quod Venetiis nobis advehitur, pingue & coloris viridescens. *Usus est cosmeticus. Non nisi in mortario probe calefacto in pulverem teri potest.*

Vitrum Moscoviticum, vide Alumen scissile.

CAPUT IV.

DE LAPIDIBUS PRETIOSIS.

Amethystus, *Ametiste*, *Amethyst*. Gemma, violacei coloris, pellucida. Est Orientalis & Occidentalis. *Viribus conveniunt, & ebrietatem gestati arcere antiquitus credebantur.*

Carneolus, *Sarda*, *Sardius lapis*, *Sardoine*, *Sardienne*, *Cornaline*, *Carniol*, *Carneol*. Gemma est semidiaphana, carnis loturæ, sive carni sanguinolentæ similis, unde nomen. Vero nomine est Achates rufescens. Nam reliquæ gemmæ figura polyhedra crystallina distinguuntur. Optimus ex Sardinia insula adfertur; in Bohemia, Silesia, aliisque regionibus, etiam reperitur. *Sanguinis profluvia, tam interne sumtum, quam externe gestatum, sistere prætendunt.*

Chrysolithus, *Topasius*, *Chrysoptasius*, *Chrysolith*, *Topase ou Topaze*, *Chrysolith*. Diaphana est gemma, luteo-viridescens coloris, lævigatus aureo fulgore splendens. Advehitur ex Indiis; reperitur etiam in Bohemia. *Ad Epilepsiam & Phrenitidem laudatur.*

Granatus, *Grenat*, *Granat*. Gemma pellucida, saturate violaceo-rubri coloris. Ex Oriente advehitur; reperitur etiam in Bohemia, Hispania & Silesia. Apud nos Granati orientales minoris sunt pretii, quam Boji & Hispani. *Commendatur ad cordis palpitationes, melancholiam & sanguinis sputum.*

Hyacinthus, *Hyacinthe*, *Hyacinth*. Gemma pellucida, ex flavo aut croceo colore rubens. Orientalis & Occidentalis habetur; præferenda tamen Orientalis. Vitro Saturni adulterata, facile distinguitur mollitie & pondere. *Adscribuntur vires antispasmodicæ & roborantes.*

Rubinus, *Carbunculus*, *Rubis*, *Rubin*. Gemma diaphana, pulchre rubens, duritie ab adamante secunda. Optimus ex insula Ceylon affertur. *Gestatus & intus haustus, venenis resistere, atque a peste præservare traditur.*

Sapphirus, *Saphir*, *Sapphyr*. Gemma pellucida, colore cœruleo, duritie ab adamante tertia. *Cordialis, alexipharmaca & ophthalmica creditur.*

Smaragdus, *Emeraude*, *Smaragd*. Ad pellucidas pertinet gemmas; coloris est viridis, omnium gemmarum fragilissima. Orientalis est & Occidentalis; Occidentalis e Peru advehitur. *Alvi & sanguinis fluxum sistere, & in febribus pestilentialibus conferre perhibetur.*

Gemmis quidem eleganter officinas pharmaceuticas carere posse, siquidem omnes, tanquam lapides pyromachi, vix alium effectum, quam silex, in corpore humano præstent, plurimi contendunt; vitra enim quasi sunt indissolubilia, quæ vix aquis stygiis obediunt, unde facile etiam hospes in medicina per-

spicere potest, quid ab earum usu expectari queat. Verum cum a longo tempore in republica medica receptæ sint, eas quidem exulare nolimus; moneamus tamen pharmacopœos, ut sibi prospiciant, ne pro genuinarum gemmarum fragmentis, fluores sive vitra, & gemmas artificiales, Saturno infectas, emant, quod quidem facile ex duritie, quam genuinæ sibi propriam habent, & qua falsæ distinguuntur, cognoscitur. Operam porro dent, ut gemmæ, non in mortariis æneis, sed ferreis, in pollinem subtilissimum terantur, antequam super porphyritem lævigentur. Præstat etiam, ante sic dictam præparationem, integras leviter calcinare, atque ignitas in aquam frigidam effundere, quam absque prævia hac calcinatione crudas terere.

CAPUT V.

DE METALLIS, MINERALIBUS ET
PIGMENTIS.

Antimonii minera, *Mine d'Antimoine, Spießglas-Erz.* Eligenda ponderosa, striata, obscure cœrulei ac plumbei coloris. Adfertur ex Hungaria, quæ optima censetur; reperitur vero etiam multis in locis Germaniæ. *Pro Antimonii diaphoretici præparatione expeditur, quod hinc albidius conficitur, si modo ab adhærente silice vel spato prius purgetur.*

Antimonium crudum, Stibium, *Antimoine, Spießglas.* Probatum, quod strias longas splendentes habet, & ex Hungaria advehitur. *Olim pro veneno habebatur; a Kunckelio vero ab hac suspitione vindicatum, & in usum medicum vocatum est. Commendatur ab illo in morfulis ad scabiem, & dolores rheumaticos pertinaces. Usus in decoctis vix probandus. A veterinariis, in equorum & pecudum morbis, ejus usus est frequens, nec non ad varios labores chemicos expeditur.*

Argentum foliatum, *Argent fin en feuilles, geschlagen Silber, Silber-Blättlein.* Fit laminas argenti, sæpius calefaciendo, & inter membranas interiores intestini recti bubuli, singulari methodo præparatas, mallei ope extendendo. *Folia ad pilulas obducendas requiruntur, & admiscuntur pulveribus, splendoris gratia.*

Argentum vivum, Mercurius vivus, *Argent-vif, Mercure, Quecksilber.* Est Semimetallum fluidum. Reperitur nativum, quod Mercurius virgineus vocatur, maxima vero pars ex minera destillatur. Largissimus minere & ipsius Mercurii virginei proventus est in Istria. Reperitur vero etiam in Hungaria, Transylvania & Germania. Optimus Mercurius vivus habetur virgineus, a nullo alio metallo vel semimetallo inquinatus. Fraus facile detegitur, si drachma una aut altera in cochleari ferreo carbonibus superimponitur; sic Mercurius in auras abit, atque metallum vel semimetallum, quo inquinatus fuit, relinquit. *Variis usibus tam chemicis, quam medicis, & mechanicis inservit.*

Arsenicum album, *Arsenic blanc, weisser Arsenic, Maus- oder Ratzen-Gift.* Est concretum minerale, ex multa terra metallica & sale constans. Non solum ex minera arsenicali, (*Gift-Riesen*) sed etiam ex mineris stanni, & cobalto pro cœruleo, in ustulatione harum minerarum, sub forma fumi albi, allium

allium redolentis, expellitur, atque in camino, peculiari modo in hunc finem constructo, dem Gistfang, capitur, & substantia pulverulenta, coloris albi & cinerei, colligitur: qui pulvis a metallicolis, Hüttenrauch & Gistmehl, appellatur, & addita portione salis alcali sublimatur. Præsentissimum est venenum; hinc caute cum illo versandum, & omnia ex illo præparata medicamenta pro suspectis habenda, donec evidentius ostensum sit, posse salutarem reddi internum arsenici usum. Odore allii, carbonibus inspersum, se prodit.

Arsenicum citrinum, sive flavum, Arsenic jaune, gelber Arsenic. Artificiale est concretum, & ex Arsenico albo, addita decima sulphuris parte, sublimatione paratur. *Causticum venenum est, paulo tamen, ob additum sulphur, mitius albo.*

Arsenicum rubrum, Arsenic ou Orpiment rouge, Réalgar, rother Arsenic, Rauschgelb. Pariter ex Arsenico albo & pyrite sulphureo sublimatur. *Pictoribus inservit. Datur etiam nativum, quod Risigallum seu Sandaracha Realgar vocatur.*

Auripigmentum, Sandaracha Græcorum, Orpin, Orpiment, Operment, Auripigment, Goldgelb. Est minerale nativum & fossile. Optimum censetur, quod ex Turcia advehitur, punctulis sive micis, velut aureis, nitet, & coloris citrini est. *Venenatum est, & ex arsenicalibus particulis, cum sulphureis mixtis, constat. A pictoribus expetitur, & iis, qui cuticulam depilandam curant. Cum calce viva Liquorem constituit illum probatorium vini Lithargyrio infecti, & atramentum sympatheticum. Auripigmentum ad rubedinem calcinatum, a veteribus Sandaracha vocabatur.*

Aurum foliatum, Or fin en feuilles, Or battu, geschlagen Gold, Goldblättlein. Eodem modo, quo Argentum foliatum, paratur, *iisdemque usibus inservit.*

Cadmia nativa, fossilis, metallica, Cobaltum, Cadmie, Calamine, Cobalt, Kobalt, Mücken- oder Fliegen-Stein, Arsenic-Stein. Minera est arsenicalis, & ab illa, quæ ad Smalti præparationem adhibetur, & non raro Argenti dives est, differt. Metallicolæ, hanc, vulgo Gistkiese; Cobaltum vero, ex quo, additis silicibus, & sale alkali, smaltum conficitur, Farben-Cobalt appellant, prius copiose in Misnia effoditur; posterius etiam in diversis Wirttembergicis argentifodinis reperitur. *Ambo inter venena reponenda. Septicæ est virtutis cobaltum, & ad enecandas muscas in usum trahitur.*

Cerussa alba Norica, Ceruse blanche, Blanc de plomb, weiß Bleyweiß. Factitium est, & calcinatione vaporosa mediante aceto, ex plumbo conficitur. Eligenda alba & ponderosa, creta vel bolo non adulterata. *Siccatur, adstringit & refrigerat; ad emplastra & unguenta requiritur, & pictoribus inservit.*

Cerussa citrina, Ceruse jaune, Blengelb. Est calx plumbi, ad flavedinem calcinata. Citrini coloris esse debet. *A pictoribus expetitur.*

Cerussa Veneta, Ceruse de Venise, Benedisches Bleyweiß. In minoribus conis, quam cerussa alba advehitur, & olim Venetiis parabatur. Alba, & quæ gustu dulcis est, eligi debet. *A pictoribus, quia color ejus albus constantior, quam vulgaris illius Noricæ est, requiritur; præfertur tamen omnibus illa*

illa cerussæ species, quæ ex laminis plumbi paratur, & quam Schieferweiß appellant. Sicut reliqua producta ex plumbo, adstringit, reprimit & siccat. Usus est in emplastris, unguentis & collyriis.

Chalybis limatura, *Limaille d'acier, Stahlfeil, Martis limatura, Limaille de Mars, ou de Fer, gefeiltes Eisen, Eisenfeil.* Eligatur limatura chalybis, seu ferri puri, Venere non inquinati. Irritum est tentamen, limati ferri separationem, a Venere, ope magnetis suscipere; nam quamvis limatura Veneris & Martis singula seorsim limata & commixta, tali modo secerni possint; tamen id non succedit cum limatura fabrorum, multis miculis interspersa, quæ ex altera parte vel latere, ferreæ, ex altera autem cupreæ existunt, & sub una eademque portione lima abrasæ fuerunt. Quales propterea ex latere ferreo arripere solet magnes, licet ex altera parte vel latere, particula cupri illiquata adhæreat. Imo duplum Veneris, cum ferro fustum, magnetem sequi, *Henckelius* observavit. *Ad varios usus medicos & chemicos expetitur.*

Chryfocolla, Viride montanum, *Berggrün.* Vide Terra viridis.

Chryfocolla crystallifata, factitia, est Borax. Vide Salia nativa.

Cinnabaris factitia, *Cinabre ou Vermillon artificiel, Zinnober.* Est compositum ex Mercurio & Sulphure. Videatur Pars posterior Pharmacopœæ Wirtenberg. ubi & *Cinnabaris Antimonii* fit mentio.

Cinnabaris nativa, *Cinabre ou Vermillon mineral, Berg-Zinnober.* Est minera Mercurii, nonnunquam Auri particeps, septem plerumque partes Mercurii & unam Sulphuris continet. Optima ex Transylvania, Hungaria & Japonia advehitur. Sit pura ab adhærentibus lapillis, spato & sabulo liberata, nec Risigallo inquinata. *Usus ejus est in Medicina, uti factitiæ; præstat vero, eam, antequam interne exhibeatur, sublimare.*

Cobaltum. Vide Cadmia nativa, fossilis, metallica.

Fel vitri, Recrementum vitri, Sal vitri, Anatron, *Sel ou Fiel de verre, Glasgalle.* Est spuma, aut materia recrementitia, in vitri fusione & præparatione, supernatans. Alcalicæ est prosapix, & ad neutrorum salium naturam proxime accedit. Sit album, leve, spongiosum. *Usus est ad dentifricia; vim habet diureticam.*

Ferri flores, *Fleurs de Mars, Eisenblütthe.* Sunt concretum album, ex fodinarum & cuniculorum martialium parietibus exsudans, quod ramosas, Coralliorum instar, stirias ostendit, & ad stalactitas pertinet. Ex Styria afferuntur, nonnunquam etiam ejusmodi substantia in ferrifodina Wirtenbergica, prope civitatem Imp. *Aalen,* reperitur. *Adstringunt, parum vero martialis continent.*

Indigo, Indicus color, *Inde, Indigo, Indig.* Est præparatum artificiale, quod ex planta Anil, in India tam Orientali, quam Occidentali, paratur. Optimæ notæ, coloris cœrulei parum diluti est, & præfertur obscuriori. Bonus porro censetur, qui aquæ supernatat. *Tinctoriis & pictoribus inservit; in Medicina rarus illius est usus; valde adstringit, & fluxiones alvi & lochiorum nimias sistit. In Ictero profuisse, fama est.*

Lacca

Lacca Florentina, *Lacque ou Laque fine de Florence*, **Florentiner Lack**. Pigmentum est rubrum, ad purpureum colorem accedens, & ex Coccinella, vel etiam non raro ex ligno Brasiliensi, in lixivio cocto & alumine præcipitato, conficitur. *Adstringens est, & pictoribus inservit; in Medicina pro tingendis trochiscis Alkermes & ad pulveres dentifricios atque electuaria gingivalia, adhibetur. Eligatur colore pulchre rubens & levis.*

Lacca in globulis, *Lacque colombine*, *Laque en boules*, **Kugellack**. Uti modo dictum, ex ligno Brasiliensi, lixivio, alumine & creta paratur. Ad colorem dilute purpureum vergit. *Adstringit, & præter pictorios usus etiam ad dentifricios pulveres adhibetur.*

Lacca cœrulea, *Tournesol en pâte, en pain, en pierre*, *Orseille*, **Lackmüß**, **blauer Lack**. Sunt glebæ cubicæ siccæ, ex succo Heliotropii Triococi, sive Ricinoidis *Tournefortii*, plantæ in calidioribus Europæ regionibus sponte nascentis, calce & urina paratæ. Adfertur ex Gallia & Batavia; laudatur illa, quæ colore pulchre cœruleo & levitate se commendat. *Tinctoriis & condita parantibus inservit.*

Lithargyrium auri, **Lythargyrus**, *Litharge d'or*, **Goldglette**. Est productum ex plumbo, & in purgatione argenti per plumbum acquiritur. Coloris est paulo rubicundioris, quam, quod sequitur, Lithargyrium Argenti; nimirum magis coctum seu calcinatum est, unde color saturatior.

Lithargyrium argenti, **Lithargyrus**, *Litharge d'argent*, **Silberglette**. Cum præcedente convenit, nisi quod coloris pallidioris. Facile plumbum ex ambobus restitui potest. Plumbum in cupellatione, im *Abtreiben*, cuprum, quo argentum infectum est, absorbet, & cum illo, in hanc semivitream substantiam abit, unde Saccharum Saturni ex lithargyrio, a particulis cupreis inquinato, ad usus medicos, præsertim internos, non probatur. Præstat, quod ex puro plumbo acquiritur. Solutio lithargyrii, cupro inquinati, viridescit, quod cum illo, ex puro plumbo, non contingit. *Amborum usus est in Medicina, ad emplastra & unguenta consicienda; siccant & refrigerant.*

Marcasita, **Marcasita argentea**, sive **Bismuthum**, *Etain de glace*, **Bismuth**, **Marcaffite**, **Bismuth**, **Wismuth**. Est substantia metallica, quæ ex sua propria minera extrahitur. Invenitur in argenti venis, & prope illas; in Misnia inprimis, nec non Ducatu Wirtenbergico. Eligenda est alba, argentei coloris, a Zinco differt colore, pondere & fragilitate. *Usus est ad cosmetica & varia mechanica; Internus vero suspectus, quia Bismuthum arsenicalis indolis est, & plerumque vel semper, cum cobalto pro cœruleo mixtum reperitur.*

Minera Martis solaris, *Mine martial d'Hesse*, **Heßischer Eisen-Vitriol-Rieß**. Est minera martialis, ab omni venereo inquinamento libera, & ad classem pyritarum, quos vulgo *Wasserfiese* metallicolæ vocant, refertur. Ex obscuro glauca est, nitidis frustulis, instar mineræ Antimonii resplendet; saporis est vitriolacei. Latet plerumque in luto seu argilla, in frustis figuræ ovalis. In Hassiæ variis locis, præcipue vero juxta *Almerodam* pagum, invenitur. *Verum Vitriolum Martis exinde parari potest, & in substantia etiam, ubi alia martialia adhiberi solent, dari. Dosis grana decem ad viginti.*

Minium rubrum, *Minium, Plomb rouge, Mennig, rother Meng, Mini.* Est calx plumbi, ad rubrum hunc colorem reverberata. A minio vix differt *Sandix*, quæ nihil aliud est, quam Cerussa ad rubedinem calcinata. *Siccatur & refrigeratur; in Medicina ad emplastra & unguenta, in arte pictoria ad pigmenta, Turcicum præstantius ipso Norico, nostratibus usuali, usurpatur.* Minium veterum, nostra est Cinnabaris.

Nihilum album, *Pompholyx, Calamine blanche; Pompholyx, weisses Nichts.* Est quasi flos plumbi, qui inter fusionem minerarum, & in reductione Lithargyri & cineritiorum, ad latera camini sublimatur. Eligendum, quod album, leve, & impalpabile, atque acrimoniæ expers. *Ad collyria, emplastra & unguenta requiritur. Refrigerante & siccante gaudet virtute.*

Oleum Petræ album, *Petroleum album, Pétrole blanc, ou Huile de pétrole clair, weiß Stein-Del.*

Oleum Petræ nigrum, *Petroleum nigrum, Pétrole noir, Huile de Gabian, ou de pétrole noir, schwarz Stein-Del.*

Oleum Petræ rubrum, *Petroleum rubrum, Pétrole rouge; ou Huile de pétrole rouge, roth Stein-Del.* Ad regnum minerale referuntur; Petroleum enim est Naphta sive Bitumen liquidum, quod ex rimis rupium & terræ exstillat, & in fontibus aquæ innatans colligitur.

I. Album, ex Sumatra insula, Persia, & Modenensi Italiæ Ducatu,

II. Nigrum, ex Languedocia, ubi prope pagum *Gabian* reperitur, advehitur.

III. Rubrum, quod ex Sicilia & Italia venit, usitatissimum est. Destillatur etiam ex carbonibus fossilibus oleum, Petroleo simillimum, ubi primo album, postea rubrum, & ultimo ignis gradu, nigrum empyreumaticum foetidum prodit; quæ olea vix a nativo Petroleo distingui possunt, viribus etiam cum illo conveniunt. Eligatur Petroleum fluidum, spirituosum, odoris non ingrati, quod in spiritu vini non solvitur: hac enim nota ab illo distinguitur, quod in Hollandia ex oleo templino paratur, & pro Petroleo venditur. *Album & rubrum Petroleum calefaciunt, digerunt & resolvunt, atque nervoso generi conferunt; interne nunquam vel raro, quia sanguinem valde commovent, adhibentur; a quibusdam tanquam probatissimum anthelminticum commendatur petroleum nigrum nativum, ad guttas tres vel sex interne exhibitum.* Cum Petroleo convenit

Oleum terræ, *Huile de terre, Erd-Del,* quod ante paucos annos ex India Orientali advehi cœpit. Colore est rubrum, diaphanum, & odoris Petrolei, atque *in nervorum affectibus externe adhiberi solet.*

Orleana, *Orlean, Achiot, Orléan, Rocou, Roucou, Orlean.* Sunt grana Bixæ, sive Mitellæ Americanæ maximæ tinctoriæ *Tournefort.* in massam coacta. Ex America adfertur. *Refrigerat & adstringit; raro tamen in Medicina, sæpius vero a tinctoribus, ad pannos & lintea, colore aurantio inficiendos, expetitur.* Eligenda levis, quæ neque nimium madida, neque tota exsiccata est.

Sandaracha Græcorum, Risigallum, Nauschgelb. Vide Arsenicum rubrum.

Sandix, vide Minium.

Sulphur caballinum, *Soufre grossier*, Roß-Schwefel. Sunt feces, quæ in rectificatione & purificatione sulphuris citrini remanent. *Pulverem equorum ingreditur.*

Sulphur citrinum, *Soufre jaune, commun*, gelber Schwefel. E pyrite, magno igne, expellitur. Locus ejus est proventus in Suecia, Germania, & ejus provinciis. Ducatus etiam Wirtenbergicus non caret eo. Eligitur purum, citrinum. Reperitur etiam nativum, pellucidum & opacum. *Usus est varius, tam medicus, quam mechanicus. Interne sumto adscribuntur vires aperientes, balsamicæ & alexipharmacæ; externe adhibitum siccatur & repellit.*

Sulphur vivum griseum, *Soufre vis gris*, lebendiger grauer Schwefel. Reperitur in Islandia & Italia, inter Puteolos & Neapolin. Eligitur, quod purum, & arena non permixtum est. *Viribus cum antecedente convenit.*

Torna Solis rubra, Bezetta, *Tournesol en drapeau*, Farb-oder Schminck-Flecklein, Spanischer Stör. Sunt lintea, coccinella tincta. Eligenda pulchre rubra, & saturate tincta, quæ ex Turcia advehuntur. *Usus est in culinis, ad gelatinas, condita & liquores tingendos, & abusus ad fucos notissimus.*

Torna Solis cœrulea, Bezetta cœrulea, *Tournesol bleu*, blaue Farb-Flecklein. Sunt lintea, mixtura illa, ex qua Lacca cœrulea paratur, tincta. *Ejusdem sunt usus in culinis, & apud conditores.*

Tutia, Thutia, Nihilum griseum, Cadmia, Botrytis, Tutia Alexandrina, *Tutie*, Tutia. Productum est metallicæ prosapiæ, & in fornacibus, ubi æs caldarium funditur, reperitur. Eligenda est densa, modice gravis, quæ fracta cinerea est. *Siccatur, detergit; usus est in collyriis. Ad unguenta ophtalmica & emplastra siccantia adsumitur. Cuprum colore tingit aureo.*

Viride æris, Ærugo, Æs viride, *Verdet*, *Verd de gris*, Grünspan, Spangrün, Spanisch Grün. Est factitium ex cupro, mediæ vinaceis, corroso. Paratur in Gallia & Hispania. Eligendum, quod colore ad cœruleum vergit, & quod creta non adulteratum. *Septicum est, & ad Unguentum Ægyptiacum & alia, requiritur. Internus usus semper noxius. Etiam a pictoribus, & aliis mechanicis, expetitur.*

Vitrum Venetum, *Verre de Venise*, Benedisches Glas. Artificiale est, ex arena vel silicibus, cum sale quodam alcalino, ex vegetabili regno, conflatum, omnibus notum. *Creditur anthelminticum, cum melle umbilico superimpositum, sed falso. Si quis enim experimentum sequitur effectus, melli potius adscribendus erit, quam vitro.*



DE MARINIS.

Ambra grisea, Ambarum, *Ambre gris*, *Ambra*, *Amber*, *grau Amber*. Bituminis est species, ex venis alveisque terræ, in mare deposita, ubi quandoque a balænis deglutitur; ex earum enim intestinis non raro, sed nigricantis coloris & deterioris qualitatis, eximitur. Frustra nonnunquam monstrosa, & vix credibilis magnitudinis, passim in Indiis reperiuntur; *Kampferus* mentionem facit massæ Ambræ, in litore Japonico inventæ, libras Belgicas centum & triginta pendentis. Eligatur Ambra levis, odorata parum, & quæ, si candenti laminæ imponitur, gratum edit odorem, & parum, vel plane nihil, relinquit, quæ facile liquefcit, & bene cohæret. Veteribus plane ignota fuit, & demum ab Arabibus in usum vocata est. Adulteratur glumis orizæ, in pollinem redactis, mastiche & ladanò; fraus facile detegitur masticatione, solutione, combustione super lamina ignita. *Calefacit & resolvit, atque analeptica, cephalica, cordialis, & ad longævitatem facere, censetur; nec non ad varia composita in pharmacia adhibetur.*

Asphaltum, Bitumen Judaicum, *Asphalte*, *Bitume de Judée*, *Judens Pech*. Bitumen est solidum, nigrum, fragile, resplendens; odoris, dum accenditur, ingrati. Reperitur magna ejus copia in mari mortuo, & in Chinæ lacubus nonnullis. Conficitur ex hoc, cum pice mixto, Pisasphaltum. *Mundificat ulcera sordida; usus est in emplastris & unguentis digestivis, & ad Balsama tingenda adhibetur. Ingreditur etiam Theriacam; veteres eo ad condienda cadavera uti solebant.*

Corallina, Muscus corallinus, marinus, *Coraline*, *Mouffe marin*, *Corallen-Moos*, *Meer-Moos*. Est planta, sub aqua rupibus marinis, conchis, & nonnunquam etiam coralliis adnascens, coloris albicantis, viridiusculi, grisei, saporis subsalsi, odoris ingrati pisculenti. Præfertur integra, & quæ sabulo & conchis variis non commixta est. Ex mediterraneo mari colligitur. *Anthelminticis, a nonnullis quoque emenagogis adnumeratur, & a dimidia ad integram drachmam præscribitur.*

Corallium sive Corallum album, *Corail blanc*, *weisse Corallen*. Planta est marina, quæ cum corallio rubro, præter colorem, per omnia convenit, nisi quod rarior est. *Corallium album officinale*. J. B. quod pro vero plerumque venditur, *Madrepore* vel *Coralliodis* est species, quæ in mediterraneo mari copiose reperitur, & cum Corallio vero albo viribus convenit. Crudum nunquam, præparatum autem sæpius in usum medicum vocatur.

Corallium seu Corallum rubrum, *Corail rouge*, *rothe Corallen*, *Corallen-Zincken*. Planta est marina, quæ rupibus, & nonnunquam conchis adnata reperitur. Variis in locis, præprimis vero in mediterraneo mari ad littora provinciæ, Cataloniæ & Siciliæ oras, & non tam in fundo maris, quam in cavernis rupium, provenit, atque, non sicut aliæ plantæ sursum, sed ex superiore parte cavernarum deorsum, crescit. Eligitur pulchre rubens, & a foribus liberum. *Usus & virtutes inter præparata occurrunt.*

Coral-

Corallium nigrum, Corail noir, schwarze Corallen. Rarum est, & ex India, ubi in Oceano Orientali circa Bantam reperitur, advehitur. *Usus in Medicina nullus.*

Pila marina, Sphæra marina, Sphæra Thalasia Galeni, Halcyonium rotundum, Pelote de mer, Meer-Ballen. Nondum constat, quæ earum origo sit; probabile videtur, concrementum esse, perpetuo fluxu maris & magnorum lacuum, e junco, pilis animalium marinorum, & non raro conchulis, cum spuma maris ita compactum. Non eandem figuram habent; sunt enim aliæ prorsus rotundæ, aliæ depressæ vel oblongæ. Eligendæ sunt leves & siccæ, quæ odorem marinum spirant, recentes. *Exsiccandi & calefaciendi vis adscribitur; tostæ pulverem strumalem ingrediuntur, & a nonnullis pro antbelmanticis habentur.*

Spongia marina, Eponge, Badschwamm. Dicitur etiam *fungus marinus.* Est plantæ genus molle, foraminibus pervium. In mari saxis, conchis, & aliis concretis adnascens. Eligantur Spongiæ albæ, foraminibus exiguis perviæ, leves. Per destillationem ex retorta, magnam quantitatem spiritus urinosi, & salis volatilis elargiuntur, quod illis, qui spongas Zoophyta esse credunt, pro argumento interservit. Magnus earum proventus est in mari mediterraneo. *Spongiarum usus est varius, tam chirurgicus, quam æconomicus; in medicina, tostæ ad pulverem strumalem requiruntur.*

Succinum, Electrum, Carabe, Ambarum, Glessum, Ambre jaune, Succin, Agtstein, Bernstein. Succino, omnibus cognito, solum fere Borussiae regnum, dives est. Colligitur enim ibi, non solum in littore maris Baltici, aut & ex ipso mari, piscando quasi hauritur, & vocatur *haustile*, sed effoditur etiam ex terræ visceribus, montibus & cavernis, littori illi propinquis, & in aliis regionibus, in Suecia, Sicilia, Gallia, & dicitur *fossile*. Licet de singulari ejus natura nondum satis clare constet; a vero tamen non multum aberrare videntur, qui putant, in eo componendo concurrere oleum bituminosum, petroleo non dissimile, ceu basin, & salem acidum vitriolicum sive sulphureum, una cum subtilissima terra & aquæ portione, & pro diversa horum ingredientium combinatione, succinum non solum generari solidum, sed & varie coloratum, album, quod reliquis præstare credunt, citrinum, nigrum, rubrum, plus minus opacum, transparens &c. Succinum in prima sua origine liquidum esse, testantur varia animalcula, quæ involuta in eo reperiuntur, uti muscæ, aranæ, culices &c. Characteres, quibus dignoscitur, sunt, quod igni impositum fumet, fluat, ardeat, quod ita tractatum odorem Succino specificum spargat, quod neque ab aqua sola, neque Alkohole solo, neque facile ab alio quocunque menstruo, si oleum Vitrioli excipias, perfecte solvatur, & quod electricitate sive vi attractiva gaudeat & emineat, quibus notis etiam a *factitio illo & spurio Americano, Gummi de Loock* alias vocato, quod vero etiam in destillatione Sal volatile non exhibet, discerni potest. *Laudatur tanquam resolvens, roborans, balsamicum, nervinum, diureticum medicamentum, & hinc multiplici usu interservit, tam interno in lymphæ vitiis, catarrhis, rheumaticis fluxionibus, pectoris atque capitis morbis, affectibus soporosis, convulsivis, nephriticis, urinariis, uterinis; quam externo in lationibus maxime capitis & partium nervosarum atque tendinearum, uti & in suffitibus ad serosas congestiones resolvendas; unde etiam quam plurimas compositiones ingreditur.*

Adnumerantur a quibusdam marinis, quæ tamen ad regnum animale pertinent, ex. gr.

Blatta Byzantina, Unguis odoratus, Blatte Byzantine, Indianische wohlriechende Muschel-Schaalen. Sunt opercula muricis ramosi inodora. Odor enim, quem spirat conchylium cum vivo incola recenter extractum, aliquot dierum spatio perit. *Ad suffitus, hysteriis præsertim adhibetur, alvum laxare & lienis vitii mederi, interne sumpta censetur.*

Dentalia, Syringites, Dentales, Zahn-Purpur-Schnecken. Canaliculi sunt striati, parum inflexi, in utraque parte obtusi, pollices duos vel tres longi, coloris pallido-grisei. Veteres credebant, esse dentes piscium, & hanc ob causam dentalii nomen imposuerunt. Hodie inter conchilia numerantur. A Rumphio *Solenes univalves*, ab aliis *Buccina* vocantur.

Entalia, Entalies, Zahn-Schnecken. A præcedentibus, non nisi magnitudine, differre, atque minora & acutiora esse, nonnulli perhibent. *Aldrovandus*, concharum marinarum, quas *Tellinas* cum *Entalibus* vocant, esse partes, scribit. Alii conchas Veneris parvas, quæ Porcellanæ appellantur, substituunt.

Margaritæ, Uniones, Perlæ officinis, Perles, Perlen. Sunt lapilli in conchis, quas Rumphius *Ostrea* vocat, ex eadem materia, qua testæ generantur, producti, qui etiam nonnunquam in ipsis animalculis, quæ conchas inhabitant, inveniuntur. Species Ostrearum, in quibus reperiuntur, enumerat laudatus Rumphius: *Ostreum cratium, Ostreum saxatile, Ostreum placentiforme* sive *Ephippium*. Sunt vel Orientales vel Occidentales; priores sunt splendidiore, & cæteris præferuntur, ac circa insulam Ceylon, & in Sinu Persico, maximæ & optimæ habentur; posteriores sive Occidentales, quæ lactei quasi sunt coloris, & minus splendent, ex America advehuntur, & in multis Europæ locis, in Scotia, Silesia, Bohemia, etiam reperiuntur. *Sæpius in usum medicum vocantur, & fere ad omnes pulveres pretiosos requiruntur. Virtutes cordiales, absorbentes acidum & præcipitantes, censentur.*

Mater perlarum, Nacra perlarum sive margaritarum, Nacre de Perle, Perlen-Mutter. Sunt conchæ, Ostrei placentiformis sive Ephippii, quæ in mediterraneo mari & alibi inveniuntur, nec unquam veras margaritas includunt. *De præparatione & viribus videatur pars posterior Pharm. Wirtenb.*

Umbilicus marinus, Belliculus marinus, Faba marina, Nombriil marin, Meer-Bohnen, Nabel-Stein. Sunt opercula cochleæ lunaris, *Rumphii*, sive cochleæ celatæ *Rondeleti*. Reperiuntur ad littora maris Adriatici. Habentur majores & minores, rubri & Cati oculum referentes. *Creduntur, umbilico impositi, colicos dolores sedare. Interne raro in usum venit; absorbet & adstringit. Dosis scrupulus unus ad drachmam semis.*

Hoc caput de marinis plurimis forsan superfluum atque inconcinnum videbitur: cum omnia, quæ in illo continentur, vel ad regnum minerale, uti Ambra, Asphaltum, Succinum; vel ad vegetabile, uti Corallia, Corallina, Spongiæ; reliqua vero ad animale regnum, scilicet Blatta Byzantina, Dentalia, Entalia, Margaritæ, Mater perlarum, Umbilici marini referri potuissent ac debuissent; Maluimus tamen peculiarem classem illis assignare, & ordinem, in plurimis officinis a longinquo tempore introductum, servare, quam illum, corallia & spongas ad plantas, margaritas & matrem perlarum ad animalia relegando, præter necessitatem turbare.

CLASSIS SECUNDA.
REGNUM VEGETABILE.



CAPUT I.
DE RADICIBUS.

Rad. Acetosæ, Oxalidis, Acetosæ pratensis, C.B. Rumicis floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis, Linn. *Racine d'Ozeille, d'Oseille, d'Aceteuse, Sauerampfer-Wurzel.* Nascuntur in pratis, & verno tempore colliguntur. *Linguae gratum acorem imprimunt, & decoctæ rubrum aquæ colorem conciliant. Datur decoctum ad æstum febrilem temperandum.*

Acori veri, Calami aromatici officinarum, *Racine de Calamus aromatique, ou d'Acorus veritable, Calmus, rechter Ackermann.* Indigenæ sunt; nascuntur ut plurimum in aquis stagnantibus. Colligendæ primo vere vel adulto auctumno. Vocatur etiam *Radix nautica*, ob eximium usum, quem navigantibus præstant. Utuntur ea, ut sibi vel nauseam arceant, vel præcaveant, ne aquæ putridæ exitio sint. De Tartaris, extremæ Lithuaniae incolis, Clusius refert: quod radices Calami sive Acori veri plerumque secum ferant, nec aquam ex paludibus prius bibant, quam in illa radix hæc infusa fuerit. Hinc Simon Pauli, viris castra sequentibus, Tartaros imitari, suadet. *Vires sunt alexipharmacæ, stomachicæ, carminativæ, balsamicæ, attenuantes & resolventes. Datur hæc radix sicca in pulvere a granis quinque ad decem, in infuso ad unciam dimidiam. Decoqui non debet.*

Acori vulgaris, Pseudacori, Gladioli lutei, Ireos corollis imberbibus, petalis inferioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus, *Racine de faux Acorus, d'Acore bâtard, de Glayoul, Ackermann, gelbe Schwertelwurzel, falsche Acorus-Wurzel.* Ad aquaticas plantas pertinent. *Adstringunt, & in decoctis pro collutione oris, scorbuticis præscribuntur; recentes ad Electuarium diacori expetuntur. Datur in infuso vinoso ab uncia dimidia ad unciam unam.*

Alcannæ veræ, Ligustri Ægyptiaci, Lawsoniæ racemis inermibus, Linn. *Orcanette du Levant, roth Ægyptisches Färberkraut, roth Mundholz.* Ex Syria & Ægypto nobis adportatur. Saporem habet austerum, adstringentem. Colorem rubrum suppeditat. *Decoctum laudatur in ophtis fungosis infantum.*

Alcæ vulgaris, majoris, Malvæ silvestris folio cannabino, *Racine d'Alcée, de Mauve sauvage, Fellsriß-Wurzel, Sigmars-Kraut,*

Kraut, Sigmunds-Wurzel. *Cum radicibus Malvæ conveniunt; commendantur etiam ad oculorum morbos, & veterinariis inserviunt.*

Rad. Allii fativi, vulgaris, Allii caule planifolio bulbifero, radice composita, staminibus tricuspидatis, Linn. Ail, Knoblauch. Coluntur in hortis. *Vires sunt alexipharmacæ, diureticæ, anthelminticæ & carminativæ. Calculosis etiam prodest.*

Altheæ, Bismalvæ, Ibisci, Malvavisci, Altheæ foliis simplicibus tomentosus, Linn. Racine de Guimauve, d'Althé, Sibisch-Wurzel, Althea-Wurzel. Planta colitur in hortis, floret Julio. Radices colliguntur auctumno. *Interne & externe adhibentur; vires sunt anodynæ & emollientes, & præcipue interne, ad pectoris & viarum urinarum affectus in usum vocantur. Externe, cataplasmatibus emollientibus & maturantibus adduntur.*

Amaræ dulcis, Dulc-amaræ, Solani scandentis, Solani caule perenni flexuoso, foliis superioribus hastatis, Linn. Racine de douce-amere, ou de Morelle rampante, Hirschkraut-Wurzel, Je länger, je lieber. *Tussientibus, asthmaticis, ictericis, & ab alto lapsis, in decocto commendantur. Viribus Pareiram pravam superare novissimis experimentis contendunt.*

Anchusæ, Anchusæ floribus puniceis, Buglossi arvensis annui, Anchusæ tinctoriæ, Linn. Racine d'Alkanna, de Buglose, ou d'Orchanette, rothe Schsenzungen-Wurzel. Ex Galliæ provinciis affertur, unde etiam Monspeliaca vocatur. Eligendæ sunt radices parvæ fibrosæ, quæ colorem purpureum, in tota substantia magis diffusum, habent; majores intus albicant. *Requiruntur ad Unguentum rubrum potabile, & alia colore rubro tingenda. Spiritum salis armoniaci colore inficiunt amethystino.*

Angelicæ fativæ, Angelica foliorum impari lobato, Linn. Racine d'Angelique, ou du saint Esprit, Angelick-Wurzel, Heilig Geist-Wurz, Engel-Wurz, Brust-Wurz. Colitur in hortis. Eligantur recentes, non cariosæ, & in loco sicco asserventur. *Vis alexipharmacæ, stomachicæ, carminativa & uterina omnibus nota.*

Angelicæ silvestris, Angelica foliolis æqualibus, ovato lanceolatis ferratis, Linn. Racine d'Angelique sauvage, wilde Angelick. Raro in usum veniunt; *virtutes antecedentibus haud inferiores prædicantur.*

Anthoræ, sive Antithoræ flore luteo, Aconiti salutiferi, Anthoræ foliorum laciniis linearibus, ubique ejusdem latitudinis, Linn. Racine d'Anthore, Giftheil-Wurzel, Herz-Wurz. E bulbis, olivæ magnitudinis, constant, foris fusci, intus albi coloris; gustu sunt amaræ, & sapore acres. Eligendæ recentes, vermibus non exesæ, vel cariosæ. Proveniunt in Alpibus, & aliis Tirolis & Helvetiæ montibus. *Non tantum adversus Napelli, sed & cætera quæcunque venena laudantur. Ob vim alexipharmacam, nunnulli Contrayervam germanicam appellant, & in morbis malignis exanthematicis, ad vermes & dolores colicos commendant.*
Sed

Sed cum sit aconitum, pro remedio suspecto haberi & circumspicte in usum vocari debet.

Rad. Apii palustris, Paludapii, Hydrofelini, Racine d'Ache, d'Api, gemeiner Cypich, Wasser = Cypich. *Inter quinque radices aperientes majores referuntur.* Alia etiam Apii palustris species, quæ Sium alterum a Dodoneo & Cicuta aquatica a Gesnero vocatur, reperitur, quæ vero venenata est, & non nisi foliis angustioribus ab officinali differt; securius igitur radices Apii hortensis, Racine de Celeri, Garten = Cypich, Celeri, quæ fere eandem vim habent, substituuntur.

Aquilegiæ, Aquilegia nectariis incurvis, Linn. Racine d'Ancolie, Ageley = Wurzel. Coluntur in hortis. Verno tempore effodiuntur. *Vim habent diureticam, alexipharmacam & aperitivam.*

Ari, Barbæ Aronis, Serpentariæ minoris, Dracontia minoris, Laphæ, Racine de pied de veau, Aron, Aron = Wurzel, Pfaffen = Pint, Teutscher Ingber, Zehrwurz. Promiscue diversæ species Ari in usum vocantur, quia eandem habent virtutem. Sunt vero *Arum vulgare non maculatum, maculatum maculis albis, maculatum nigrum.* Colligenda radix verno tempore. Recens valde acris est; majori dosi noxia, imo lethalis; exsiccata mitior, vix periculosa. Recens coctione in aqua multum, in aceto in integrum mitescit, ut etiam edulis sit. *Vires Ari sunt aperientes, incidentes, resolventes, attenuantes, abstergentes, diureticæ, & album laxantes. Ad membra paralytica & arthritide vexata externe in usum vocatur.*

Aristolochiæ Clematidis rectæ, C. B. Saracenicæ, Aristolochiæ foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis, Linn. Racine d'Aristolochie clématite des vignes, de Rattelou, d'Ostroloche, de Sarrafine ou Sarazene, fleine Osterlucey = Wurzel. Tenuis est radix, & multis fibris dotata, saporis amari, acris, subadstringentis, odoris haud ingrati. Ex Hispania & Italia advehitur; nascitur etiam in vineis Alsatia, & nonnunquam in nostris. *Præfertur a nonnullis, reliquis Aristolochiæ speciebus, & essentia inde parata; remedium creditur esse antipodagricum. Diuturnum vero ejus usum tunicam villosam ventriculi destruere, atque nocere, languore appetitus, & totius corporis illato, b. Barhave, monente Ill. Hallero, observavit.*

Aristolochiæ fabacæ, Fumariæ radice bulbosa, rotunda, non cava, C. B. Pseudofumariæ, Racine d'Aristolochie petite ronde, fleine runde Hohlwurzel, Osterluceywurz. *Remissior & debilior est cava, majorem tamen vim habet exsiccantem & absorbentem; a Chirurgis pulverisata denudatis ossibus inspergitur; interne vinis medicatis additur; cachecticis, hydropicis & ictericis convenit.*

Aristolochiæ longæ veræ C. B. Racine d'Aristolochie longue véritable, lange Osterluceywurzel, lange Hohlwurzel. Specie, secundum Linnæum, a sequenti differt. Eligantur radices crassiores, non cariosæ, sed ponderosæ. Ex Hispania, ubi in vinetis & dumetis provenit,

nit, advehitur. *Odore, virtute & sapore amaro, cum reliquis Aristolochiæ radicibus conveniunt.*

Rad. Aristolochiæ rotundæ veræ, Aristolochiæ foeminæ Lugd. Aristolochiæ caule infirmo ramoso, foliis cordatis integerrimis, floribus solitariis erectis, Linn. *Racine d'Aristolochie ronde veritable, rechte runde Ofterluceywurzel.* Laudantur radices ponderosæ non cariôsæ; advehuntur ex Gallia & Hispania. *Virtutibus conveniunt cum Aristolochia longa & rotunda vera, ac ob vires alexipharmacas, Theriacæ ingredientia sunt; laudantur etiam uterinæ & vulnerariæ.*

Aristolochiæ rotundæ vulgaris, Fumariæ bulbosæ, radice cava majore, Fumariæ caule simplici diphylo, floribus subnudis, Linn. *Racine d'Aristolochie ronde commune, Hohlwurzel, gemeine runde Hohlwurz, Herzwurz.* Indigena est planta, & largus ejus proventus. *Viribus, cum præcedentibus Aristolochiæ speciebus, conveniunt, atque in ciendis mensibus, lochiis, & fætum mortuum pellentibus, commendantur.*

Arnica, Ptarmicæ montanæ, Calthæ vel Calendulæ alpinæ, Nardi Celticæ alterius, Doronici Plantaginis folio, Doronici foliis caulinis oppositis, Linn. *Racine de Betoine de montagne, Arnick, Mutterwurz, Wolverley, Lucians-Kraut, Engels-Tranch-Wurzel, Fallkraut-Wurzel.* In pratis & locis humidioribus alpinis & montanis provenit; in Ducatu Wirtenbergico, non procul ab urbe Calwa, & aliis locis nascitur. *Ob virtutem resolventem sanguinem grumosum merito panacea lapsorum vocatur. Non solum radix, sed plerumque tota planta in decocto exhiberi solet; quod decoctum in largiori dosi propinatum nonnunquam anxietates & vomitus creasse observatum est; hinc delicatioribus cum circumspèctione præscribendum. Radix raro sola in usum venit.*

Artemisiæ, Parthenii, *Racine d'Armoise, Beyfuß, St. Johannis-Gürtel-Wurz.* Radix in usum medicum raro vocatur; carbonibus vero Artemisiæ, qui nihil aliud, quam radices annosæ, demortuæ, a multis etiam celeberrimis practicis adscribuntur vires antepilepticæ. Colligendos esse hos carbones circa festum Johannis Baptistæ, perhibent.

Asari, Nardi rusticæ sive silvestris, Vulgaginis, Asari foliis petiolatis subcordatis, floribus trifidis, Linn. *Racine de cabaret, d'Asarum, ou Oreille d'homme, Haselwurz, wilder Nardus.* Est planta indigena, ac in silvis & dumetis, plerumque sub corylis invenitur, unde etiam nomen germanicum accepit; nam corylus Haselstaude audit. *Vomitus excitare solent in substantiâ exhibitæ, in infuso, præprimis aquoso, varius. Menses cient, vehementer purgant, & urinam movent; suspectis igitur non temere dari debent. A nonnullis ad quartanam commendantur, ante paroxysmum exhibendæ. Fortiori decoctione, vim emeticam & purgantem deponunt, atque diureticam & uterinam acquirunt. Hydropicis & phlegmaticis præ aliis conducunt; Melancholicis vero pessima symptomata excitasse, Hermannus tradit.*

Rad.

Rad. Asparagii sativi, hortensis, Asparagi altilis, Asparagi caule herbaceo erecto, foliis setaceis, Linn. *Racine d'Asperge*, Spargel-Wurzel. Coluntur in hortis, & radicibus quinque aperiensibus majoribus, adscribuntur. Eligendæ carnosæ, primo vere collectæ.

Asphodeli, Hastulæ regis, Asphodeli caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus, Linn. *Racine d'Asphodele*, Goldwurzel, Affodillwurzel. Quæ in officinis occurrunt radices Asphodeli, non sunt veri Asphodeli, sed *Lilii floribus reflexis*, aliis *Martagon* dicti, radices seu bulbi. Nascuntur in montosis silvis, & indigenæ sunt. *Menstrua & urinam pellunt, interne sumtæ; externe emolliunt & maturant.*

Barbæ caprinæ, Barbulæ caprinæ, Ulmaria, Reginae pratorum, Filipendulæ foliolo impari majore trifido, Linn. *Racine de barbe de chevre, de la Reine des prés*, Geißbartwurzel. *Adstringunt & ad emplastrum contra rupturas requiruntur. Habentur a nonnullis alexipharmacæ, vulnerariæ, & decoctum in dysenteria & ad injectiones in ulceribus fistulosis commendantur.*

Bardanæ, Lappæ majoris, Personatiæ, Arctii, Linn. *Racine de Bardane, ou de Glouteron*, grosse Alettentwurzel, Buzen-Alettentwurzel. Eligantur radices juniores, non lignosæ. Ubique occurrunt. *Habentur alexipharmacæ & sudoriferæ, atque in arthritide, lue venerea & mercurii in corpore delitescens ægritudinibus commendari solent. S. Pauli decoctum radicis Bardanæ, lignorum decocto præfert, præsertim in emaciatis, & raræ texturæ ægris.*

Been albi, sive Behen, Centauræ calycibus squamatis, foliis radicalibus lyratis, pinnulis oppositis, caulinis amplexicaulibus, Linn. *Racine de Been blanc*, weisser Behen, Wiederstoß, Gliedweich-Wurzel. Secundum *Rajum*, radices sunt *Faceæ Orientalis Carthami* facie, flore luteo magno. Optimæ censentur radices majores, non cariosæ, amarore haud ingrato. *Adscribitur vis cordialis & alexipharmacæ. Raro præscribuntur.*

Been rubri, Statices caule nudo ramoso, *Racine de Been rouge*, rothe Behentwurzel. Sunt *Limonii maritimi majoris* C. B. Optimæ censentur, quæ sunt colore saturato rubro, recentes, sapore adstringente, & subaromatico præditæ. *Exoticæ sunt, & easdem cum præcedentibus vires habent.*

Betæ rubræ, Rapi rubri, Bêterave, rothe Rüben. Coluntur in hortis, & siccata raro in usum vocantur; recentium etiam usus magis culinarius, quam medicus est. *Succus vero præbet errhinum egregium; mucum prolicit absque sternutatione: hinc illis, qui obstructione narium vel coryza sicca laborant, imo ubi metus est ozænæ, bonam opem præstat. Radix ano, suppositorii loco immissa, alvum stimulat.*

Bismalvæ, vide Rad. Althææ.

Rad. Bistortæ, Serpentariæ vulgaris rubræ, Colubrinæ, Polygoni caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus, Linn. *Racine de Bistorte, Schlangen- oder Natterwurzel, Wurmwurzel.* Nascuntur in locis humentibus. Indigenæ sunt. *Manifeste adstringunt; vulnerariis & alexipharmacis adnumerantur.*

Borraginis, Buglossi latifolii, veri, urbani, *Racine de Bourrage ou Bourrache, Borrage, Borretschwurzel.* Colitur in hortis. *Adscribuntur vires antimelancholicæ; rarus tamen earum est usus.*

Brusci, Rusci myrtifolii aculeati, Myrtacanthæ, Rusci foliis supine floriferis nudis mucronatis, Linn. *Racine de petit Houx, de Rusc, ou de frêlon, Bruschwurzel, Mausdornwurzel.* Sunt albicantes, saporis ab initio subdulcis, postea amari. Copiose in Italia proveniunt. Radices Phalangii ramosi flore parvo nonnunquam in officinis pro his venduntur. *Diuretici sunt, & radicibus quinque aperientibus majoribus adnumerantur.*

Bryoniæ, Vitis albæ, Vitis silvestris, Uvæ anginæ, Bryoniæ foliis palmatis utrinque calloso scabris, Linn. *Racine de Bryone, de Coulevrée, ou de Vigne blanche, Zaunrüben, Zaunrebenwurzel, Stickwurzel, Hundstürbsenwurzel,* a nonnullis etiam *weisser Ezian* vocantur. Radix prægrandis, rapæ instar, omnibus nota. Saporis est acris, amari & nauseabundi. *Interne sumta, valide purgat, & serum educit; Anthelminticis nec non emmenagogis, adscribitur. Dosis in infuso scrupuli quatuor vel drachmæ duæ, in substantia scrupulus unus ad drachmam semis. Externe discutit & resolvit.*

Buglossi, Linguæ bovis, Buglossi angustifolii, *Racine de Buglose, Ochsenzungenwurzel.* Cum radicibus Borraginis conveniunt, & raro in usum vocantur.

Calami aromatici, Calmus. Vide Rad. Acori veri.

Capparis, vel Capparidis spinosæ fructu rotundo minori, Capparis aculeatæ, Linn. *Racine de Caprier, Capperwurzel.* Nascuntur copiose in Apulia. Eligendæ albæ, non cariosæ. *Cortices saltem hujus radicis in usum veniunt, & inter radices quinque aperientes minores numerantur. Spleneticis, hypochondriacis & arthriticis commendantur; usus est in infusis.*

Cardopatii, Cardopatiæ, Carlinæ humilis, Chamæleonis albi, Karlinæ, Carlinæ caule unifloro, Linn. *Racine de Carline, de Chardouffe, ou de Chardonnerette, Ebertwurzel.* Amant montosa & aprica; copiose in Ducatu Wirtenbergico reperiuntur. Saporis & odoris aromatici grati; *virtutis alexipharmacæ, carminativæ & stomachicæ sunt.*

Cardui benedicti, Cardui sancti, *Racine de Chardon benit, Char-dobenedicten-Wurzel, Spinnendistel-Wurzel.* Hortensis est planta. *Usus radicis rarus in officinis; frequentior herbæ.*

Rad.

Rad. Caroli sancti, Racine de St. Charles, St. Carls-Wurzel, ob insignes facultatis ita dicta. *Garcias ab Horto* sequentibus verbis plantam describit: nostro lupulo similis est, & perticis se convolvit illius more, quibus si careat, humi spargitur & diffunditur. Folia etiam lupulo similia colore viridi sed obscuriore, odore gravi. Neque florem, neque fructum fert. Radix crasso capite est, ex quo alia oriuntur digiti majoris crassitudine, colore candicantes. Cortex radicum, qui pro optima & medicinali parte plantæ habetur, facile abscedit, & odoris est aromatici, gustus amari, cum quadam acrimonia. Nascitur temperatissimis provinciæ Mechoacan locis, solo neque nimium sicco, neque humido. *Cortex hujus radice matutino tempore commanducatus, multam pituitam, aliosque humores ex capite elicit, eamque ob causam rheumatismos, capitis dolores & defluxiones curat. Gingivis abscedentibus auxilio est, dentes stabilis, eosque a corruptione defendit ac liberat. In nonnullis etiam vomitu multam bilem & pituitam e stomacho expellit. Menses movet, & ad Epilepsiam commendatur.*

Exhibetur tam in pulveris forma, quam in decocto. Dosis in substantia non definitur; parvam tamen esse debere, Auctor monet. Drachmas duas in tribus aquæ sextariis, ad dimidias coqui suadet, additis sub fine coctionis citri & cinnamomi corticibus. Decocti hujus sex uncias singulis diebus mane, addito saccharo sumere jubet.

Non semper tamen emeticum habere effectum, sed & per sudorem operari hoc decoctum, Monardes auctor est.

Caryophyllatæ vulgaris, Sanamundæ, Lagophthalmi, Racine de Benoite, de Récise, de Galliot, Benedictswurzel, Weinwurzel, Nägelein-Benedictswurz. Proveniunt in incultis, ad dumeta & juxta sepes. Odorem spirant, & saporem aromaticum, caryophyllaceum; colorem intus habent carmesinum, & virtutem roborantem, cerevisiam ab acore præservant. *Aphrodisiacæ, vulnerariæ, pectorales & uterinæ habentur.*

Cassumuniar, Rifagon, M. Lond. R. Bringalle Indorum, Zedoaria, radice lutea Breyn. Prodr. an Zerum beth, seu Zingiber rubrum sylvestre Ternatense, Camell. Syllab. Stirp. Insul. Luzon. Racine de Cassumuniar, Cassumuniar, Cassamoniar, falscher runder Zittwer, Blockzittwer. Radix est tuberosa, ad digitum & amplius crassa. In taleolas transversim secta ad nos venit. Superficie laterali, circulis quasi geniculatis, uti Galanga, notatur. Foris est cinerea, intus flavescens, sapore subacri, amaricante, aromatico, odore fragrante. Ex India adfertur Orientali. Plantæ characterem Botanici hucusdum ignorant. *Vires prædicantur nervinæ & confortantes; hinc in affectibus hysteris, colica, vertigine, apoplexia & motibus convulsivis commendatur. Dosis in substantia scrupulus semis ad drachnam semis.*

Cavæ, vide Rad. Aristolochiæ rotundæ cavæ.

Chelidonii vulgaris majoris, Chelidoniæ majoris, Chelidonii pedunculis multifloris, Linn. Racine de grande Chelidoine, groß Schellkraut-Wurzel. Scatet tota planta succo acri luteo. *Ictericis & hydropicis commendantur.*

Rad. Chelidonii, sive Chelidoniæ minoris, Ficariæ minoris, Chelidonii rotundifolii, Ranunculi foliis cordatis angulatis petiolatis, Linn. *Racine de petite Chelidoine, Feigwarzenwurzel, Klein Schellkrautwurzel, Scharbockskrautwurzel.* Colligendæ primo vere. *Spleneticæ & antiscorbuticæ habentur; recentes contusæ, cum pulpa pomorum & croco mixtæ, ad tumores & dolores hæmorrhoidum laudantur.*

Chinæ, Chinnæ, Cinæ, Smilacis caule angulato aculeato foliis dilatato - cordatis inermibus, Linn. *Racine de Quinquina, d'Esquine, ou de Squine, Chinawurzel, Pockentwurzel.* Planta a plerisque pro *Smilacis* specie habetur. *Kæmpferus* sub nomine *Smilacis minus spinosæ, bacca sive fructu rubicundo*, Japonensibus *Sankiva*, officinis China dictæ, describit, atque in incultis locis, inter filices & vepres, luxuriari perhibet. Et hæc est *China orientalis vera*. Ex America aliam asportant, cujus planta sub eodem genere militat. *Olacatzan pahuatanica. Hernand. Jupicanga Brasiliensibus. Pison Hist. Bras. Smilax aspera, fructu nigro, radice nodosa, magna, farinacea, Sloane Catal. Pl. Jam.* Orientalis in Malabar, Cuncan, China aliisque regionibus; Occidentalis in Hispania nova, Peru & Brasilia nascitur. Eligantur recentes, non cariosæ, ponderosæ, foris fusci, intus ex albo rubescentis coloris. *Commendari solent Chinæ radices in morbis fevosis, lue venerea, podagra & cæteris. Usus est in decoctis. Hodie non tanti æstimantur harum radicum virtutes.*

Cichorei hortensis, fativi, Seris fativæ, *Racine de Chicorée, Wegwarten, Garten-Wegwarten, Hindläufften-Wurzel.* Coluntur in hortis, atque primo vere, vel adulto auctumno effodiuntur. Eligendæ sunt carnosæ, non lignosæ. *Ad hepatis & bilis vitia commendari solent, atque etiam in usum culinarium cedunt.*

Cichorei, Cichoreæ agrestis seu silvestris, Cichorii caule simplici, foliis dentato sinuatis, Linn. *Racine de Chicorée sauvage, wilde Wegwarten, Wegweiß, Hindläuff-Wurzel.* Crescuntur juxta vias in campestribus. *Decoctis colorem reddunt, vario gradu coctionis, vel flavum, vel smaragdinum, & saporem amarum. Vires habent hortensis.*

Cipo de Cameras. Hujus radice Acta phys. Med. N. C. Vol. I. mentionem faciunt, & cum Hypecacuanha easdem vires adscribunt, mitiores tamen, & quod sine molestia operetur: addunt, quod coloris sanguinei, majoris etiam pretii. Forsan hæc radix est Hypecacuanha flava & species Caa-apia.

Colchici communis, autumnalis, Colchici foliis planis lanceolatis erectis, Linn. *Mort aux Chiens, Tue-Chien, Chiennee, Colchique, Zeitlosen, Spinublumen-Wurzel.* In pratis copiose provenit; floret versus autumnum. Ab antiquissimis temporibus hæc radix pro venenatissima habita; seculo elapso a Cl. *Wedelio* ut amuletum contra pestem & alios morbos contagiosos corpori humano adplicata; novissima ad debellandos pertinacissimos diversi generis morbos interne propinata est. *Stærkius & alii Mel colchicum asthmaticis & hydropicis summo-pere commendant.*

Rad.

Rad. Colubrinæ. Vide Rad. Bistortæ.

Consolidæ majoris, Symphyti majoris, Symphyti foliis ovato lanceolatis decurrentibus, Linn. *Racine de grande Consoude, d'Oreille d'Ane, Wallwurzel, Schwarzwurzel, Schmeerwurzel, Beinwelle.* Sponte proveniunt in locis humidis, coluntur etiam in hortis. *Sunt admodum mucilaginosæ & adstringivæ. Adduntur decoctis vulnerariis, & emplastris catagmaticis. Ad contusiones & suffusiones cataplasma ex radicibus multum laudatur.*

Contrayervæ, Drackenæ, Cyperi odoris, Peruviani, Dorsteniæ scapis radicatis, Linn. *Racine de Contrayerve, Peruviansche Giftwurzel.* Sunt nodosæ & fibrosæ, coloris foris rufi, intus pallidi. Locus natalis est Peru, Mexico, nova Hispania, Vera Crux, Tabago & Insula St. Vincentii. Optimæ censentur radices recentes, ponderosæ, sapore subadstringente aromatico præditæ. Tam aqua pluviali, quam spiritu vini extracta, tincturam exhibet rubram. *Contrayerva, vocabulum Hispanicum, significat contra venena. Sunt alexipharmacæ, roborantes, sudorem movent, & specificè ad dysenteriam malignam commendantur.*

Contrayervæ novæ, albæ, majoris, Mexicanæ; Psoraleæ, foliis quaternis & quinis. Psoralea foliis digitato quinatis: foliolis inæqualibus, Linn. *Racine de Contrayerve blanche de Mexique, weisse, grosse, Mexicanische Giftwurzel.* Radix est digitorum vel pollicum duorum crassitiei. Cortex est inæqualis, nodosus fusci coloris. Substantia radicis alba cum medulla lignosa gustu deprehenditur aromatica subdulcis. Nascitur in Americæ meridionalis Provincia Gujana & easdem habere perhibetur virtutes, quas *Contrayerva officinalis.*

Costi amari, officinalis, Comagenii, iridem redolentis, *Racine de Costus amer, bittere Costuswurzel.* *Costus Indicus, violæ martiæ odore.* Mus. Zeil. *Tsana-Kua,* Hort. Malab. Part. II. tab. 8. *Cbianfou,* Sinensum. Radices sunt solidæ, crassæ, oblongæ, interdum per medium dissectæ, foris cinerei vel pallidi, intus albicantis coloris, saporis aromatici, amaricantis, odoris ad Iridem Florentinam accedentis. Costus, olim ex Arabia & Syria advectus, Arabicus & Syriacus dicebatur; crescit verò etiam in nemoribus Malabariæ, Brasiliæ & Surinamæ. Planta est graminifolia, quæ florem in caulis foliosi vertice profert. Terminatur vero hic caulis capitulo piriformi imbricato; squamis ovatis, obtusis, concavis, e quibus exeunt flores candidi singuli. Perianthium parvum, tridentatum germini insidet. Petala sunt tria lanceolata, concava, erecta, æqualia. Nectarium monophyllum, magnum, oblongum, tubuloso-inflatum, ore ringens, bifidum in duo labia, e medio reflexum. Antheræ duæ parallelæ. Capsula feminalis subrotunda, trilocularis; semina plana triangularia.

Costi dulcis, *Racine de Costus doux, süsse Costuswurzel.* Eiusdem plantæ radicem esse, cujus descriptionem ex *Horto Cliffortiano Linnæi* modo dedimus, plurimi perhibent, & non nisi loco natali, & vetustate radicis, differre; per vetustatem enim, non solum obscuriorem colorem, sed amaritudinem quandam contrahere, & tunc sub *Costi amari*

nomine venire; recentes vero radices albicantes, *Costum dulcem* exhibere solent. *Tam Costi amari, quam dulcis vires sunt stomachicæ, uterinæ, carminativæ & alexipharmacæ. Ad Theriacæ compositionem requiruntur; violaceo odore urinam inficiunt.*

Rad. Cucumeris silvestris, Cucumeris asinini, Elaterii, Momordicæ absque cirrhis, Linn. *Racine de Concombres sauvage, Eselsfürbiswurzel, Springfürbiswurzel.* Sunt radices rari instar magnæ; coluntur in hortis; planta est annua. Ex fructu paratur Elaterium. *Vehementer album movent, & raro interne, nisi hydropicis, præscribi solent; recentes ad Unguentum de Arthanita expetuntur.*

Curcumæ, Curcuma foliis lanceolatis utrinque acuminatis, nervis lateralibus numerosissimis, Linn. *Racine de Curcuma, Safran d'Indes, Gilbwurzel, Gelbsuchtwurzel, gelber Ingwer. Mangella-Kua. H. M. Arabibus Curcum, aliis Terra merita.* Radix Zingiberis facie, intus flava; celeberrimo Boerhavia sunt *Cannacori radice crocea.* Ex India Orientali advehuntur. Eligantur recentes, ponderosæ, non cariosæ, saporis aromatici. *Incidunt & resolvunt, atque hydropicis & ictericis commendantur. Præter medicos usus etiam tinctoribus inserviunt. Indi, loco croci, ad cibos colore flavo inficiendos, Curcuma utuntur.*

Cyclaminis, Arthanitæ, Panis porcini, Cyclaminis orbiculato folio interne purpurascete, Cyclamen foliis cordatis corolla reflexa, Linn. *Racine de pain de pourceau, Schweinsbrod, Erdsäpfel, Waldrüben, Erdscheibwurzel.* Radix colligenda autumno. Saporem primo linguæ mucilaginosum, dein acrem fervidum, imprimit. *Potenter resolvit, & ob vim menses & fetum pellentem, cum circumspeditione dari debet; recens ad Unguentum de Arthanita adhibetur.*

Cynoglossæ majoris vulgaris, Cynoglossi sive Linguæ caninæ, Cynoglossum foliis lanceolato ovatis tomentosissimis, corollis calycem æquantibus, Linn. *Racine de langue de chien, Hundszungenwurzel.* Sponte proveniunt in locis aridis, & circa sæpes. *Refrigerant & adstringunt, vulnerariis adscribuntur, & ad Pilulas de Cynoglossi in officinis expetuntur. Sunt anodynæ, humorum acrimoniam mitigantes, & ad alvi fluxus, hæmoptysin &c. commendabiles. Pediculos pellere perhibentur.*

Cyperi longi odorati, Cyperi odorati, Panicula sparsa speciosa, Cyperus culmo triquetro folioso, panicula foliosa supradecomposita, pedunculis nudis, spiculis alternis, Linn. *Racine de Souchet long, lange Cyperwurzel. Vires sunt sequentis.*

Cyperi rotundi, Orientalis majoris, C. B. Cyperi Syriaci & Cretici, Cyperus culmo triquetro subnudo, umbella decomposita, spiculis alternis linearibus, Linn. *Racine de Souchet rond, runde Cyperwurzel.* Longus Cyperus in Gallia, præsertim in Provincia & Italia reperitur; rotundus vero ex Ægypto, & Orientalibus regionibus advehitur. Ab Ægyptiis *Hodweg* vocatur, & in lacubus, aliisque locis palu-

palustribus provenit. *Alpin.* Eligendæ sunt radices odoratæ, graves, non cariosæ. *Ut plurimum ad odoramenta Cyperi est usus; interne vero adbibitus, vim habet stomachicam, discutientem, & urinam moventem. Dosis in pulvere drachma semis.*

Rad. Dentariæ majoris, Squamatæ, Squamariæ, Anblati, Plumbaginis foliis amplexicaulibus, Linn. *Racine de Dentaire grande, Schuppenwurzel, Streubelwurzel, Kreuzwurzel.* Locos amant umbrosos, & primo vere colliguntur. *Raro in usum vocantur. Aqua, inde destillata, antepileptica habetur.*

Dentariæ minoris, Dentariæ pentaphyllæ, Violæ dentariæ, Saniculæ albæ, Symphyti dentarii, *Racine de Dentaire petite, Zahnwurzel, weisse Steinbrechwurzel.* Ex Helvetia adferuntur. *Adstringunt & siccant; Herniosis & vulneratis commendantur.*

Dentis Leonis, vide Rad. Taraxaci.

Dictamni albi, Diptamni officinalis, Fraxinellæ, Fraxini pumilæ, *Racine de Fraxinelle, weisser Diptam, gemeiner Diptam, Dtschwurzel.* Nascuntur in montosis Galliæ, Italiæ & Germaniæ locis. Eligantur radices albicantes, ab interiore parte lignosa liberæ, non cariosæ. *Alexipharmacæ potissimum & anthelminticæ habentur; ad Epilepsiam, menses & lochia pellenda commendantur.*

Doronici, Doronici latifolii, scorpionis radice, Romani, Doronici foliis cordatis obtusis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus, Linn. *Racine de Doronic, Gensentwurzel, Schwindselwurzel.* Proveniunt in montibus Helvetiæ, Tirolis, Stiriæ & Austriæ. Eligantur, quæ sunt albicantes, saporis subdulcis, aromatici, acris, non cariosæ. *Specificum contra vertiginem habentur, & ad nonnullas compositiones pharmaceuticas expetuntur.*

Ebuli, Sambuci humilis, Sambuci agrestis, Chameactes, Sambuci caule herbaceo simplicissimo, Linn. *Racine d' Ieble, d' Hieble, Attich, Ucker-Holunderwurzel.* Cortices radices in usum vocantur, abjecta lignosa parte. *Vehementer purgant, & inter hydragoga numerantur.*

Elleboti albi, Veratri flore subviridi, Veratri caule ramoso, Linn. *Racine d' Ellebore blanc, weisse Nieswurzel, Schanpanierwurzel.* Nascuntur in montosis & asperis locis Helvetiæ, Silesiæ, Austriæ & aliis Germaniæ provinciis. *Tournefortius distinctionem facit inter Elleborum & Veratrum: album potius Veratrum appellari debere censet, quod & Rajus monet. Differt enim ab Helleboro, quod corniculis careat, & semen habeat marginatum; ideo etiam, diversis nominibus hæc duo genera distinguenda esse, perhibent. Vehementer per superiora & inferiora purgant, etiam in parva dosi exhibitæ, & nonnunquam convulsiones excitasse, exempla prostant; proinde in substantia, non nisi robustissimis, maniacis vel melancholicis, dari debent: sufficit grana sex vel octo pro una dosi præscribere; securius vino maceratæ, & vehementia orbata, ubi ad scrupulum*

unum ascendere licet, dantur. Usus frequentissimus vero Ellebori est in pulveribus sternutatoriis, sed & hic caute instituendus. Suibus etiam egregia est medicina. Succus Ellebori albi, vulneribus inditus, lethalis. Tela sive sagittæ, succo intincta, vulnera faciunt insanabilia, modo non lethalia.

Rad. Ellebori nigri, Hellebori nigri angustioribus foliis, flore roseo, Melampodii, Veratri, Hellebori scapo subnudo bifloro, foliis pedatis, Linn. Racine d'Elleboire noir, schwarze Nieswurzel, Christwurzel. Nascitur optimus Helleborus niger in Stiria. Eligendus radicibus fibrosis, longis, nigris, carnosis. Caveant Pharmacopœi, ne Helleborastrum, qui Hellebori albi est species, pro nigro vero emant. Folia Hellebori nigri veri, sunt glabra, serrata, & separatim spectata, foliis lauri fere similia. Pharmacopœi substituunt nonnunquam, parvo, ut putant, vel nullo errore, radicem *Ranunculi fœniculaceis foliis, Hellebori nigri radice*. Linnæo vocatur hæc planta: *Adonis flore dodecapetalo, fructu ovato*. Raro solus, nisi illis, qui absque febre delirant, in substantia, sed plerumque in infusis & vinis medicatis, ad educendos humores melancholicos, præscribitur. Datur in substantia robustioribus, a granis quindecim ad drachmam dimidiam, in infuso ad drachmam integram, imo unam semis, exhibere licet. Sicut autem, quid veterum Elleborus, non certo constat; ita nec satis certa videtur laus a veteribus adscripta. Inprimis caveant Pharmacopœi a radice apud Materialistas & Rhizotomos passim obvia, quæ fibras habet tenuissimas, nigerrimas, gustantis linguam primum savori non adeo ingrato, sed postmodum acri-nauseo inficiente, & caput per aliquot horas imo integrum diem tentante.

Enulæ campanæ, Helenii, Elenii, Racine d'Aunée, d'Aune, d'Enule campane, Mantwurzel. Vocatur etiam ab aliis *Panax Chironium*. Linnæo, *Aster foliis ovatis, rugosis, subtus tomentosus amplexicaulibus*. *Aster omnium maximus Raji*. Coluntur in hortis; effodiantur primo vere. Incidunt & resolvunt; alexipharmacæ, stomachicæ & pectorales sunt: Cum aqua, per vesicam destillatæ, oleum præbent butyraceum, & spermatis ceti instar foliaceum.

Eryngii, Lyringii, Acus veneris, Capituli Martis, Asteris inguinalis, Cardui volutantis aculeati, Eryngii foliis radicalibus pinnato tripartitis dentatis, Linn. Racine de Panicaut, ou de Chardon Roland, Mannstreu, Radendistel, Brackendistel. Vocantur in usum Eryngii vulgaris, campestris radices. Eligantur carnosæ. Radicibus quinque aperientibus minoribus adnumerantur; urinam cient, & venerem languidam stimulare creduntur.

Efulæ minoris, Tithymali Cyparissæ, Cupressini officinalis Linariæ admodum similis, Euphorbiæ foliis lanceolatis, umbella universali polyphylla: partialibus trifidis triphyllis: propriis dichotomis, Linn. Racine de Tithymale, d'Esule, Wolffsmilchwurzel. Proveniunt copiose in locis sterilibus, incultis, aridis, circa vias. Succo scatent lactescente, acri, caustico. Eligantur cortices radicum. Hydragogis adnumerantur; vehementer purgant, hinc per acida corriguntur

tur atque mitigantur. Dosis a scrupulo uno ad duos, raro ad drachmam, in substantia; in infuso vero, ad drachmam unam ascendere licet, hac tamen præcautione, ut acido antea corrigantur, aceto vel succo citri.

Rad. Farfaræ, Tussilaginis, Bechii, Ungulæ caballinæ, Tussilaginis scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis, Linn. *Racine de Pas d' Ane, de Tussilage, Brand-Lattich, Huff-Lattichwurzel.* Crescunt in locis humidis, circa rivos. Primo vere, dum florescere incipiunt, colligi debent. *Pectorales sunt, & phtisicis conveniunt; ex recentibus paratur Looch de Farfara.*

Filicis, *Racine de Fougère femelle, Farnkrautwurzel.* In usum vocari solet illa species, quam *Filicem majorem ramosam*, sive *feminam radice repente* vocant. Linnæus in sua Materia medica *Filicem non ramosam dentatam* sive *Filicem marem* substituit. Colligi debent autumnali tempore. Ubique proveniunt, præcipue vero apud nos in silva martia largissimus earum est proventus. *Latis tæniis & lumbricis expellendis vel solæ, vel cum Æthiope minerali, & quovis laxante mixtæ, ad scrupulum unum vel drachmam dimidiam exhibitæ, inserviunt; commendantur in decocto etiam lientosis, calculosis & podagricis.*

Filipendulæ, Oenantes, Saxifragiæ rubræ, Filipendulæ foliis pennatis: foliolis uniformibus, Linn. An Molon Plinii? *Racine de Filipendule, de Saxifrage rouge, de Fougère aquatique, rothe Steinbrechwurzel.* Proveniunt in pratis & pascuis montosis. Vocatur etiam planta, *Filix florida, Osmunda, Wasserfarn.* Præter vires aliarum filicis specierum, huic præprimis virtus vulneraria attribuitur, atque ex alto lapsis, læsis & ruptis commendatur; sanguinem enim coagulatum dissolvere creditur. Bœcler. Sic etiam ad fluorem album, & a *Sylvatico* ad epilepsiam laudatur. *Rajus* pro specifico ad rachitidem vel in decocto, vel in forma pulveris exhibitam, habet. *Hist. Plant.*

Fœniculi, Fœniculi vulgaris, Anethi fructu ovato, Linn. *Racine de Fenouil, Fenchel-Wurzel.* Seruntur in hortis, & altero post sationem anno effodiuntur. Pars radice corticosa in usum vocatur. *Radicibus quinque aperientibus majoribus adscribuntur.*

Fragariæ, Fragulæ, Fragariæ vulgaris, Fragariæ flagellis repantis, Linn. *Racine de Fraisher, Erdbeer-Kraut-Wurzel.* Sponte in silvis proveniunt. Autumnali tempore colligendæ sunt. *Vim habent subadstringentem; adduntur decoctis vulnerariis.*

Fraxinellæ vide Rad. Dictamni albi.

Galangæ, ad Aromata referuntur.

Gentianæ cruciatæ, Gentianæ minoris, *Racine de Gentiane Croisette, Modelgeer, Kreuzwurzel.* Indigenæ sunt. *Incidunt, abstergunt, aperiant, menses provocant, febribus medentur, lumbricos enecant, atque vulnerariæ sunt.*

Gentianæ majoris, luteæ, Gentianæ veterum, Gentianæ corollis rotatis, verticillatis, Linn. *Racine de Gentiane, Genzian, Genzian,*

Genzian, Bitterwurzel. Copiose in Helvetia proveniunt, etiam in Ducatu Wirtenbergico, in silva nigra, & alpihus nostris, largus earum est proventus. Eligendæ sunt ponderosæ, carnosæ, non cariosæ. *Alexipharmacæ, roborantes & stomachicæ sunt.*

Rad. Gentianæ Indicæ, Racine de Gentiane d'Indes, Indianischer Genzian. Sub hoc nomine a Lusitanis radix quædam geniculata, pallide flavescens, variis nodulis ac circulis instar Hypecacuannhæ calamistrata, ante aliquot annos ex America allata fuit. Tantæ & tam penetrantis aromaticæ, neutiquam tamen ingrata, amaritudinis deprehenditur, ut gentiana nostra, centaureum minus, colocynthis, aliaque amara cum hac colata, (sed nostro palato nunquam est oblata,) insipida ac inertia vocari mereantur.

De charactere botanico nihil nobis constat. *Laudatur adversus omnium malæ moratarum febrium indolem, atque unicum bujus radiceis scrupulum, ad febrile fermentum ex visceribus excutiendum, plus efficere, quam plures Corticis Chinæ drachmæ. Quinimo plurimos ex sola bujus radiceis Gentianæ Indicæ masticatione, & saliva deglutita, tanquam incantamento restitutos fuisse, Excell. D. Schendo, Russorum Exercituum medicus, perhibet.*

Graminis, Graminis arvensis, loliacei, radice repente, Graminis canini, Tritici radice repente, foliis viridibus, Linn. Racine de Chien-dent, Grasswurzel, Queckentwurzel, Hundsgraß. *Adnumerantur radicibus quinque aperientibus minoribus; censentur etiam diureticæ & anthelminticæ.*

Helenæ S. Cyperus Hernand. Racine de la Ste. Heléne, St. Helenen-Wurzel. Nodosa est, crassitudine pollicari, foris nigra, intus alba, saporis aromatici, Galangæ instar. Plantam tradunt ramos per terram diffundere, & folia ampla viridia habere. A Botanicis pro specie Cyperi habetur. Ex radicum nodis perforatis faciunt Sphærulas, recitandis ad numerum precibus idoneas, quibus de collo suspensis, tam Hispani, quam Indi multas tribuunt virtutes. Indi radices recentes lapidibus conterunt, totique corpori sibi balneaturis inducunt, persuasi, cutim constringere & membra roborare. *Interne pulvis radiceis, ex vino haustus, ad ventriculi dolores & urinæ difficultatem commendatur. Hæc Monardes.*

Hellebori albi & nigri. Videantur Rad. Ellebori.

Hermodactyli, Colchici alba radice, C. B. J. B. Racine d'Hermodattes, d'Hermès, Hermodattel, oder fremde Zeitlosen-Wurzel. Sunt radices oblongæ rotundæ, latæ, & quasi compressæ, cordis figuram referentes, foris albicantes, intus prorsus albæ, saporis dulcescentis & acris, odoris nullius. Nonnulli Botanicorum putant esse Radices Colchici, radice alba siccatas, C. Bauh. Ex Syria, Smirna & Aleppo advehuntur. Eligantur albæ & solidæ. *Leniter laxant; decoctis adduntur antartbriticis, antivenereis, ac a Wedelio inter leniora & mitiora purgantia recensentur; specificè laudantur ad guttam serenam in collyriis.*

Hirundinariæ, Asclepiadis, multis floribus albicantibus, Vincetoxici, Asclepiadis caule erecto simplici herbaceo, foliis cordato lan-

lanceolatis, racemis conglomeratis alternis, Linn. *Racine de Domppe venin, ou d'Asclepias, Schwalbentwurz.* Amant montosa. *Vires habentur alexipharmacæ, incidentes, resolventes & urinam pel-lentes; Hydropicis præcipue commendantur. Sunt tamen, qui, propter affi-nitatem & similitudinem, quam planta cum Apocynis habet, non sine suspi-cione admittere volunt. Certum est, recentes radices vomitum provocare. Dosis in decocto uncia semis, in pulvere scrupulus unus vel etiam duo.*

Rad. Hydrolapathi, Lapathi aquatici, magni, J. B. longifolii, nigri, palustris, sive Britannicæ antiquorum, Munt. Rumicis floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis, vaginis obsoletis, Linn. *Racine de Patience de Ma-raï, de Hydrolapathum, Wasser-Mengel-Wurz, grosse Mengel-Wurzel.* *Laudantur antiscorbuticæ, resolventes & leniter adstringentes; succus vel decoctum specificè ad stomacacem, aliaque ulcera putrescentia com-mendatur.*

Hyoscyami, Jusquiami, Fabæ suillæ vel porcinae, Hyoscyami albi majoris, Hyoscyami foliis petiolatis, floribus sessilibus, Linn. *Racine de Jusquiamè blanche, d'Hannebane, Bilsentraut-Wurzel, Toll- oder Schlassfraut-Wurzel.* Distinguuntur albus & niger, ra-tione florum & seminis; albus præfertur nigro, qui virulentior creditur. Distinguitur ab albo foliis amplexicaulibus. *Raro in usum veniunt; inter-dum ad somnum conciliandum in pediluviiis adhibentur.*

Hypecacuanhæ, Ipecacuanhæ, Hyppoacannæ, dysentericæ radices, Loniceræ caule procumbente repente foliis obverse ova-tis acutis scabris, Linn. *Racine d'Ipecacuanha, Indianische Ruhr-Spey-Wurz.* Tres apud autores recensentur species, nigra, alba, & flava. Ex his prima, scilicet nigra, apud nos in usum vocatur; alba, a Portugallis blanca vocata, rarior est, & flava, quæ tamen optima cense-tur, rarissima. Ex America, & præsertim ex Brasilia advehitur. Planta in Horto Cliff. vocatur *Ouragoga*, a Plukenetio, *Periclimenum parvum Brasilianum, alexipharmacum*, a Rajo, *Herba Paris Brasiliana polycoccus.* Eligantur a fibris mundatæ, asperæ, multis annulis notatæ, tenaces, com-pactæ, pulposæ & resinosæ, quæ crassiori cortice sunt cinctæ. *Ipecacuanha lenè & securum præbet emeticum, quod etiam infantibus dari potest, non raro per inferiora quoque purgat. Præscribitur ut plurimum in substantia, adul-tis, a scrupulo uno ad drachmam semis, infantibus, pro ratione ætatis, a granis duobus vel tribus ad decem, additò stimulo salino. Celebratur etiam alexipharmaca & antidysenterica, in quo morbo tamen cum circumspectione adhibendam esse censemus. Non magna ejus quantitas insimul in pulverem teri debet, sed tempore usus tantum recenter teratur; aër enim, qui minimas particulas subit, vim emeticam aufert.*

Jalappæ, Gialappæ, Chelapæ, Mechoacannæ nigrae, Gela-pii, Rhabarbari nigri, Jalappa officinarum fructu rugoso Tour-nefortii, & Convolvulus Americanus, Jalappium dictus, *Ra-cine de Jalap, Jalappen-Wurzel.* B. *Barbave, Mirabilem Peru-*

Peruvianam, pro Jalappa habet, ea tamen distinctione, quod sub Nr. 5. Jalappam fructu rugoso officinarum ponit. *Ind. pl. T. 1. Gleditschius* saltim mirabilem longifloram pro vera Jalappa agnoscit. Radices sunt crassæ, oblongæ, raparum instar, & orbiculatim incisæ nobis adferuntur. Patriam agnoscunt *Americam*, ubi in insula *Madera* largus & spontaneus earum est proventus. Eligendæ sunt nigricantes, resinosæ, ponderosæ, quæ candelæ admotæ mox accenduntur. *Usus & virtutes radicis hujus sunt purgantes, omnibus notæ, anodynæ vero & somniferæ incertæ. Dosis resinosæ in substantia scrupulus unus ad drachmam dimidiam.*

Rad. Ikan. Radices sunt mole parvæ, oblongæ, teretes tenuem in caudam exprorectæ; intus resinosæ, flavæ instar curcumæ, quam & aliis dotibus æmulantur, sapore tamen magis aromatico excellunt. Crescunt in Chinesi provincia Suchuan. Virtutes adscribuntur sanguinem purificantes, emmenagogæ, stomachicæ, carminativæ & sudoriferæ. Dosis scrupuli duo ad drachmam unam ex vino vel cerevisia.

Imperatoriae vide Rad. Ostrutii.

Ipecacuanhæ vide Rad. Hypecacuanhæ.

Iridis Florentinæ, Iridis albæ Florentinæ C. B. Iridis corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro, Linn. *Racine d' Iris de Florence, Florentinische Beil- oder Biolen-Wurzel.* Ex Italia, Rhodo insula, Cypro & Dalmatia advehuntur. Eligantur radices albæ, longiores, crassæ, odore *Violas martias* æmulantes. *Tam ad odoramenta, quam in Medicina, multus earum est usus. Resolvunt, alvum & urinam movent, & præsertim hoc scopo infantibus, bono cum effectu, præscribuntur. Dosis grana tria ad scrupulum unum. Pulvis adspargitur ossibus denudatis, & ad cariem præservandam, vel præsentem auferendam, laudatur.*

Iridis nostratis, Iridis vulgaris Germanicæ, sive silvestris C. B. *Racine d' Iris bleue, ou de Glayeul, gemeine Beilwurzel, blaue Schwertel- blaue Lilienwurzel.* Linnæus hanc radicem pro varietate præcedentis habet. Nonnunquam sponte proveniunt, coluntur etiam in hortis. Radix colligenda auctumnali tempore. *Commendatur hydropicis & œdematosis; alvum laxat & serum educit. Datur uncia dimidia in sero lactis decocta.*

Lapathi acuti, folio acuto, C. B. Oxylapathi J. B. Rumicis silvestris, Rumicis floribus hermaphroditis, valvulis crenatis grano incumbente, Linn. *Racine de Patience sauvage, de Parelle, Grindwurzel, wilder Ampfer, Mangelwurzel, Lendenwurzel.* Ubique occurrunt. *Adstringunt & vulnerariæ censentur; ad scabiem & cutaneos morbos externe commendantur.*

Levistici, Lybistici, Ligustici, Laserpitii Germanici, Ligustici foliis multiplicibus, foliolis superne incis, Linn. *Racine de Liveche ou Liveche, Liebstockel, Badkraut, Saukraut = Wurzel.* Coluntur in hortis. Verno tempore effodiendæ sunt. *Vires habent alexipharmacas, carminativas, uterinas & diureticas.*

Rad.

Rad. Liliorum alborum, Liliorum candidorum, Liliorum foliolis sparsis, corollis campanulatis intus glabris, Linn. *Racine des Lis blancs, weiße Lilientwurz.* Sunt radices bulbosæ, ex pluribus squamis carnosis constantes. Coluntur in hortis; auctumni tempore colligendæ. *Usus internus est rarus; in clysteribus & cataplasmatibus emollientibus frequens.*

Liquiritiæ, Glycyrrhizæ, Glycyrrhizæ leguminibus glabris, Linn. *Racine de Réglisse, Süßholz, Süßholzwurzel.* Præfertur Liquiritia, quæ in Germania & præcipue circa Bambergam colitur, Hispanicæ & Italicæ, quæ raro satis recens, & situ non corrupta, advehitur. Diu in aqua cocta amarescit; hinc decoctis in fine addi debet, remoto cortice exteriori. *Acrimoniam humorum demulcet, dolores nephriticos mitigat, atque expectorationem promovet. Datur in pulvere & in decoctis.*

Malvæ, Malvæ vulgaris, flore minore, folio rotundo, Malvæ caule procumbente, foliis cordato orbicularibus obsoleto-quinquelobis, Linn. *Racine de Mauve, Pappeltwurz.* Cum Radicibus Altheæ conveniunt; raro tamen in usum vocantur, nisi ad dentes affrictione extergendos.

Mandragoræ, Mandragoræ fructu rotundo, vel Maris, *Racine de Mandragore, Uraunwurzel.* Nascuntur in calidis regionibus, Italia & Hispania; coluntur apud nos nonnunquam in hortis. *Usus in Medicina est rarus, quia ob vim stupefacientem inter infida medicamenta locari merentur. In pediluviis, contra dolorem capitis & ad somnum conciliandum, nonnunquam adhibentur.*

Mechoacannæ albæ, Bryoniæ Mechoacannæ albæ C. B. *Racine de Méchoacan, weiße Jalappa, weiße Nihabarbara.* Pertinet ad convolvulorum classem, & Rajo pariter ac Linneo, *Convolvulus Americanus, Mechoacanna* dictus, audit. Ex America advehitur, & in regione Mexicana, quæ vocatur *Mechoacanna*, a qua nomen habet, provenit. Saporis & odoris fere omnis expers est. Eligenda ponderosa, alba, insipida, quæ non radicibus *Mandragoræ* vel *Bryoniæ* adulterata vel permixta, nec cariota sit. *Ad infantes laxandos commode adhibetur, quia insipida est. Dosis grana quinque, ad drachmam semis.*

Sunt, qui varia funesta symptomata usum Mechoacannæ secuta, observasse, scribunt; quæ vero symptomata nunquam a Mechoacanna vera, sed a *Mandragoræ* radicibus, quæ faciem externam Mechoacannæ habent, & a falsariis bis substitui solent, excitantur.

Mechoacannæ nigræ. Vide Rad. Jalappæ.

Metalistæ, Matalistæ, *Racine de Metaliste, Mechoacannæ* species esse videtur. A mercatoribus Batavis ex India Orientali ad nos advehitur. Cujus plantæ sit radix, nondum satis constat. *Leniter alvum ciet, & serum educit. Dosis drachma una.*

Mei, Mei Athamantici, Anethi ursini, Fœniculi ursini, Athamantæ, Athamantæ foliolis capillaribus feminibus glabris striatis,

tis, Linn. *Racine de Meum*, *Bärwurzel*, *Mutterwurzel*, *Bärenfenchel*, *Herzwurzel*. Sunt radices oblongæ, digiti vel pollicis crassitie, foris fuscæ, intus albicantes. Nascuntur in montosis Galliæ, Italiæ & Germaniæ, imprimis in silva Hercynia proveniunt. Eligantur recentes, non cariøsæ. *Vires sunt alexipharmacæ, carminativæ & Theriacam ingrediuntur.*

Rad. Moringa. Est radix arboris Lentisci foliis, fructu magno anguloso, in quo semina Ervi *Job. Baubin.* a *Christophoro Acofta Libr. Aromat.* describitur: Frutex Lentisci magnitudine, cui folia persimilia, paucis prædita ramis. Multis scatet nodis, adeoque fragilis est, ut facillime cum ipse frutex tum rami confringantur. Fructum fert pedalem, octangulis insignitum, semina rotunda, Ervo similia. Radices pastinaceas hortenses luteas referre, nisi quod annulis pluribus numero, calamistratæ celebris instar *Ginseng* conspiciantur. *Odoris sunt aromatici, & substantia videntur resinosa, Zingiberis instar, adversus omnis generis venenatorum animalium morsus, & puncturas insectorum tam interne quam externe adhibetur. In cholericâ passione singularis efficacis est, atque anthelmintica celebratur; præcipue ad Elephantiasin commendatur.* Radice hac Hystrices perditæ delectari ajunt, & ab illa vim bezoardicam lapidis illius celebris *Pedra del Porco* originem habere. Abunde provenit in Indiæ Orientalis provinciis, præsertim vero apud Malabaros.

Morsus diaboli, *Succisæ hirsutæ C. B. Præmorsæ*, *Jacæ nigre*, *Scabiosæ corollulis quadrifidis*, caule simplici ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis, Linn. *Racine de Succise*, *Teufels-Abbis-Wurzel*. Indigena planta, provenit in pratis. Radix colligenda primo vere. *Alexipharmaca & vulneraria habetur.*

Mungos, Ophiorhizæ, Linn. Racine Mungos, bittere India-nische Giftwurzel. Radix est plantæ, Malaice *Hampaddu Tanab*, i. e. *fel terræ* dictæ, a sapore amarissimo omnium fere partium, præsertim radicis, quæ intensam bilis amaritiam exhibet. Lusitanis *Mungo*, Batavis *Muncus* appellata, a *Mustela* quadam seu *Viverra*, quæ radicem monstrasse, & usum ejus pro alexipharmaco prima mortalibus prodidisse creditur. Est *mustelæ* huic is genius, ut serpentem naturali odio prosequatur; tradunt igitur, si contingat, morderi *Muncum*, pro alexipharmaco hanc radicem quarere, & ejus esu illico restitutum, certamen redintegrare. Indi, præcipue, qui *Sumatram* & *Javam* incolunt, radicem pro explorato habent antidoto, sive venenum extrinsecus vulnere illatum, sive intrinsecus assumptum fuerit. Maximam autem celebritatem radicis hujus enatam esse ab eximia illa virtute, quam adversus exitiale illud & vix alio remedio vincibile *Macassarische* toxicum præstat, *Kæmpferus*, qui nobis descriptionem dedit, perhibet. Patriam agnoscit *Javam*, *Ceylanam* & *Sumatram* insulas. Crescit, altitudine pedali & longiori, faciem eminus conspecta exhibet *Centaurii minoris*. Radix illi una est & simplex, spithamam longa, digiti crassitie, crebro vagoque deflexu intorta; cortice firmiter adnata fungosa, rufa, rugosa, substantia lignosa, dura, fibrarum exorte & fragili, coloris albidii, saporis amarissimi, instar *Gentianæ*, sed subtilioris & haud æque ingrati. Caule assurgit recto, tenui, æquali, ramulis raris, alterne ad-

adversis, quos folia ornant pari ordine disposita, rariora, angusta, longitudinis uncialis, figuræ lanceatæ; stylis singulis, ex furculorum axillis in duorum vel trium digitorum transversorum longitudinem exsurgentibus, tenuibus, deciduis, insistent flosculi circiter quinquaginta, parvi, in plures fasciculos digesti, & in umbellam tantillam, quam ungue obumbres, conglobati, pulchre rubentes; qui per microscopium cognoscuntur nudi, tubulati, extremitate in quinque & senas lacinias divisi. Arescente flosculo, ex umbilico ejus semen minutissimo pediculo protruditur, in aliis geminum, vel ex duobus seminibus ad bases concretum, fastigiis divaricatis, in aliis simplex & unum, inæqualis rotunditatis, & ex quadantenus compresso utrinque turbinatum, osseum, seminis Coriandri magnitudine, cute vestitum carnosâ adnata, per siccitatem rugosa; coloris promiscue vel nigricantis, vel ex viridi pallentis.

Dosis est drachma integra, vel etiam dimidia, cum haustu aquæ. Externe radicem sputo vel aqua in pultis formam tritam vulneribus venenatis imponere solent. Non solum autem contra venena, sed & in febribus putridis & malignis, & adversus morsum canis rabidi infallibilem habere virtutem, perhibet, quem laudavimus, Kæmpferus.

Rad. Ninzin, Nindsin, Dsin, Gin-sem, Gensing, Ginseng, Nisii, Racine de Ninzin, ou Gin-seng, Indianische, Japanische Kraftwurz. Vocatur planta a Kæmpfero, *Sisarum montanum Corvense*, radice non tuberosa. Sunt radices oblongæ, vix digiti minimi crassitie, ut plurimum bifidæ, albicantes, nonnunquam flavescentes, saporis subdulcis & amaricantis simul, suavis, aromatici. Nascuntur in Japonia, China & regno Siam. Colliguntur ineunte hyeme, & ad usum ut fiant idoneæ, ita præparantur: recens effossæ triduum macerantur in aqua dulci frigida, vel Oryzæ, maceratæ in aheno operculato suspenduntur in vapore super igne; tum exsiccatae ab ima parte, usque ad mediam, duram, rufam, resinofam ac quasi pellucidam acquirunt faciem. Eligendæ bifidæ, flavescentes, & quæ quasi diaphanæ apparent. *Virtutes harum radicum a Japonensibus & Sinensibus prædicantur variæ, ex quibus præcipue sunt, quod roborent, pinguefaciant, renibus conducant, analepticæ & aphrodisiacæ sint. Earum usu Sinæ homines veluti immortalitatem consequi perperam sibi persuadent. Kircheri China monument. illustr. p. 178. Utuntur veluti Thea in India. Dantur ex infuso aquæ ferventis, vel etiam in pulvere, a scrupulo uno ad duos. Magno in pretio etiam in India sunt, & unica uncia olim quinquaginta florenis Hollandicis & ultra vendita est, quæ nunc decem modo constat. Sub nomine Ninzin alia quandoque venditur radix, quæ in Asiæ parte Boreali & America Septentrionali provenit. Hæc est radix Panacis foliis ternis quinatis. Gronov. Flor. Virg. Colore magis fusco, amaritie majori & odore fortiori a præcedenti distinguitur. Ceterum iisdem laudibus evehitur.*

Nymphææ albæ majoris, C. B. Nenupharis, Nenufaris, Nymphææ foliis integerrimis cordatis, calyce tetraphyllo, corolla multiplici, Linn. Racine de Nenufar, weisse Seeblumen-Wasser-Lilienwurzel. Nascuntur in stagnantibus aquis & fluminibus pigro cursu labentibus. *Adstringentis sunt virtutis, a nonnullis ad fluorem album commendantur.*

Rad. Olsnitii, Apii lacteo succo turgentis, Apii silvestris, Thysselini Plinii, Mei palustris Silesiaci, *Racine d' Olsnitium, Elsenich, Selnitz.* Radices sunt digiti minimi crassitie candidæ, saporis amari, acris. *Calefaciunt, incidunt & resolvunt; asthmaticis & ictericis conveniunt; alexipharmacæ sunt virtutis, urinam & menses movent.*

Ononidis, Restæ bovis, Remoræ aratri, Ononidis floribus subsessilibus solitariis, lateralibus, caule spinoso, Linn. *Racine d' Arrête Boeuf, de Bugrane, de Bugrade, Hauhechel = Stallkraut = Dchsenbrech = Wurzel.* Vocatur etiam *Urinaria*, ob effectum. Adnumerantur radicibus quinque aperientibus minoribus. Ubique ad vias occurrunt. Primo vere colligendæ sunt. *Vim habent diureticam, abstergentem & attenuantem. Specificè ad sarcocelen a Tournefortio, ad drachmæ unius pondus pro dosi exhibitæ, commendantur.*

Ostrutii, Imperatoriæ, Magistrantiæ, Astrantiæ, *Racine d' Imperatoire, ou d' Otruche, Meisterwurz, Kayserwurz.* Intelligitur *Imperatoria major* C. B. Proveniunt in locis montosis, nostris Alpibus, etiam in Styria. *Sunt nervinæ, alexipharmacæ, carminativæ & diureticæ. Præferuntur a C. Hoffmanno, Angelicæ & Zedoariæ, præsertim in colicis doloribus; ad quartanam, hydropem & febres diuturnas, non habere sibi parem, & divinum esse remedium, perhibet. Ad urinam pellendam, infusum theiforme, & in clystere, ad partum facilitandum, laudantur.*

Oxylapathi. Vide Rad. Lapathi acuti.

Palmæ Christi, Orchidis palmatæ, Satyrii Basilici, *Racine de Palme de Christ, Kreuzblumen = Wurzel.* Nascitur in humidis pratis. *Cum Satyrio vel Orchide rotunda conveniunt; alii ad febrem quartanam & maniam commendant.*

Pareiræ bravæ, Ambutua, Butua, Cissampelos foliis peltatis cordatis emarginatis, Linn. *Racine de Pareira brava, Americanische Grieswurz.* A Brasiliensis hæc planta *Caapeba*, a Lusitanis *Pareira brava*, quod vitem sylvestrem notat, vocatur. Planta in America, & præsertim in Brasilia nascens, juvenula existit sarmentosa & tortuosa, arbores vicinas scandit, vel super terram repit, annosa vero crassitie rudentes navium adæquat. Radices juniores & minores foris coloris e cinereo sunt nigricantis; annosiores & majores, quæ sæpius ad crassitiem brachii perveniunt, extrinsecus plane nigricant, intrinsecus vero colorem habent ex fusco luteum, & saporem dulcamarum. Eligendæ sunt radices crassiores, non cariosæ. *Vim habent demulcentem & diureticam; hinc in doloribus spasticis, renum, pulmonum & articulorum affectibus, nec non Hydropem & Ictero bonam præstant opem. Exhibentur tam in forma pulveris, quam in decoctis; sunt etiam, qui spiritu vini essentiam extrahunt. Incolæ Brasiliæ unciam unam hujus radicis, cum salis armoniaci drachma, in mensura aquæ coquunt, & de hoc decocto singulis quatuor horis ægrotis haustum præbent. Dosis in substantia a scrupulo ad drachmam semis, in infuso drachmæ duæ.*

Rad.

Rad. Pefaulina. Ex provincia Chinenſi Junnan adferri tradunt, & propter colorem lacteum, quem recens habet radix, a Malayis *Lac tigrinum* appellari. Subſtantia eſt ſpongioſa, Agarici inſtar, cortice obducitur nigro. In medio lignoſa ſubſtantia prædita eſt. Nunquam ante tertium ætatis annum effodiunt. Ex viribus & denominatione judicare licet, plantam hanc non ſicut aliæ lacteſcentes, ſuccum vehere acrem, ſed potius dulcem uti Tragopogon, Scorzonera &c. *Sicca in pollinem trita albedine farinam tritici æmulatur, atque ſingulari gaudet virtute confortante: hanc ob cauſam heſticis, tabe conſumptis & hæmoptoicis commendari ſolet. Acrimoniam ſanguinis & humorum temperat, & tam junioribus quam ſenibus proſicua æſtimatur. Præcipue vero gravidis, quod deliquia & nauſeam abolet, datur. Confert etiam nephriticis, & illis, qui catarrhis ex acri materia cum febricula vexantur. Exhibetur in decocto, & quotidie quantum V. vel VI. vaſcula porcellana, theæ ſorbillationi inſervientia, capiunt, ſumere ſuadent.*

Pentaphylli, Quinquefolii majoris repentis C. B. Potentillæ foliis digitatis, caule repente pedunculis unifloris, Linn. Racine de Quinte-feuille, de Pempedula, Fünffingerkraut = Wurzel. Proveniunt in locis arenosis. Colligantur verno tempore. *Alexipharmacæ, vulnerariæ & adstringentis ſunt virtutis. A Tabernæmontano radicibus Chinæ æquiparantur; Theriacam ingrediuntur.*

Petaſitidis majoris, vulgaris rubentis, rotundiori folio, Tuſſilaginis ſcapo imbricato thyriſifero, floſculis omnibus hermaphroditis, Linn. Racine de Pétaſite, de grand Pas d'Ane, Peſtilenz = Wurzel, Schweiß = Wurzel, neue Krafft = Wurzel. Crescunt in locis humidis, pratis uliginosis & irriguis. Colligantur primo vere. Flores Petaſitidis & Farfaræ ante folia proveniunt; hinc Farfara *ſilius ante patrem* apud nonnullos audit. *Viſ attribuitur alexipharmacæ, cardiaca & anthelmintica; externe ad Bubones & maligna ulcera laudantur.*

Petroſelini vulgaris, Apii hortenſis, Apii foliis caulinis linearibus, Linn. Racine de Perſil, Petersilien = Wurzel. Seruntur in hortis. *Sunt diureticiæ, & radicibus quinque aperientibus majoribus adnumerantur. Tabernæmontanus Petroſelini uſum, gravidis, puerperis & lactantibus prohibet, ne infantibus epilepsia, vel motibus convulſivis corripiantur.*

Peucedani, Foeniculi porcini, Pinaſtellæ, Peucedani foliis quintuplicato-tripartitis lineari-subulatis integerrimis, Linn. Racine de Queue de Pourceau, Haarſtrang = Sau-Fenchel = Schwefel = wurzel. Sponte proveniunt in noſtris Alpibus. *Reſolvunt & attenuant; carminatiæ, alexipharmacæ & diureticiæ celebrantur. Etiam externe decoctum, ad ulcera inveterata ſordida curanda commendatur.*

Phu Pontici, Valerianæ hortenſis, Phu folio Olufatri Dioſcorid. C. B. Phu magni, veri, Valerianæ floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis, Linn. Racine de grande Valeriane, groſſer Baldrian, Garten = Baldrian. Sunt radices oblongæ, rugoſæ, ſuperficie geniculatæ, digitum craſſæ, multis fibris dota-

tæ, foris cinerei, intus albicantis coloris, saporis acris, odoris aromatici. Effodiendæ verno tempore. Coluntur in hortis, nonnunquam in silvis occurrunt. *Habentur alexiteriæ, & ad Theriacæ confectionem requiruntur.*

Rad. Pimpinellæ sanguisorbæ, Sanguisorbæ spicis ovatis, Linn. *Racine de Pimprenelle, Pimpernell-Wurzel, Blutkraut = Koblblein-kraut = Wurzel.* Inveniuntur in incultis, & circa limites agrorum aridiorum; amant apricâ & petrosa. *Virtutem habent adstringentem & vulnerariam; a Palmario contra Hydrophobiam laudantur: Equis, teste Tabernamontano, anthelminticum præbent.*

Pimpinellæ albæ, umbelliferæ, hircinæ, Saxifragæ, Tragofelini, Pimpinellæ foliolis subrotundis, Linn. *Racine de Pimprenelle blanche, de Boucage, Bibernell, Steinpeterlein, Pfefferwurzel.* Nascuntur in locis arenosis & incultis. Effodiendæ vel verno vel autumnali tempore. Saporis sunt acris, & odorem quasi hircinum spirant. *Virtute gaudent alexipharmaca, lithontriptica, uterina, vulneraria & anticatarrhali.*

Pimpinellæ nigræ, Tragofelini minoris, *Racine de Pimprenelle noire, schwarze Bibernelle, Blau-Wurzel.* Pro varietate præcedentis habetur; gustui se minus acrem offert; recens succum fundit cæruleum, qui color cum spiritu vini per alembicum ascendit.

Plantaginis latifoliæ, Plantaginis majoris, Plantaginis foliis ovatis glabris, Linn. *Racine de Plantain, breit Wegerich-Wurzel.* Ubique occurrunt. Colligendæ autumnali tempore. *Decoctum commendatur in febribus intermittentibus; vulnerariis potionibus & gargarismis adduntur.*

Pœoniæ, Rosæ benedictæ, regiæ, *Racine de Pivoine, Pœonien-Wurzel, Pfingstrosen = Sichtrosen = Wurzel.* Præfertur illa species, quæ mas dicitur, folio splendido, nigricante. Coluntur in hortis, & primo vere, crescente luna, effodi debent. *Sunt anodynæ, antispasmodicæ, & imprimis antepilepticæ censentur, atque plerisque pulveribus antepilepticis adduntur. Dosis a granis decem ad triginta, in decocto a drachmis duabus ad unciam semis.*

Polygonati majoris, latifolii, vulgaris, Sigilli Salomonis, Geniculatæ, Genicellæ, Convallariæ foliis alternis, pedunculis axillaribus unifloris, Linn. *Racine de sceau de Salomon, Weiß-Wurzel, Schminkewurzel.* In silvis & umbrosis locis proveniunt. Verno tempore effodiendæ sunt. *Ad sugillationes in forma cataplasmatibus applicatæ pro specifico habentur, atque cosmetico usui inserviunt.*

Polypodii vulgaris, Filiculæ dulcis, *Racine de Polypode, Engelsfuß, Baumfarn, Eichfarn, Kropfwurzel, Corallenwurzel.* In silvis ad radices caudicesque arborum Fagi, Quercus & Coryli nasci solent. Eligendæ sunt quercinæ, vel quæ ad caudices Quercuum reperiuntur. Coloris intus viridescens, saporis dulcis. *Aperiunt, incidunt, ad pectoris & renum vitia, febre quartana laborantibus, & melancholicis, ex decocto,*

to, commendantur; in podagra & arthritide efficacissimæ habentur. Veteres etiam melanagogis adscribebant. Usus est in infusis; longa coctione amara reddunt decocta. Dosis est uncia semis ad integram purgandi & drachma una referandi scopo.

Rad. Pseudacori. Vide Rad. Acori vulgaris.

Pulsatillæ cœruléæ, Herbæ venti, Pulsatillæ foliis decompositis pinnatis, flore nutante: limbo erecto, Linn. Racine de Coquelourde, Rûchen-Schell-Osterblumen-Wurzel. Sunt crassæ, longæ, Cardopatii modo exesæ, saporis subdulcis, acris. Vi pollent alexipharmaca, & contra pestilentia contagia, virulentorum animalium ictus, cum vino potæ commendantur. Aliis earum usus intertus est suspectus.

Pyrethri officinalis, Salivalis, Dentariæ, Buphthalmi caulibus simplicissimis unifloris, foliis pinnato-multifidis, Linn. Racine Salivaire, ou de Pyrethre, Bertram-Zahnwurzel, Speichelwurzel, St. Johanniskwurzel. Sunt Pyrethri, flore Bellidis, radices, ex calidioribus regionibus allatæ. Incidunt & attenuant; raro interne adhibentur. Piperis instar acres sunt; ad linguæ Paralyfin, & ad dentium dolores masticatæ præcipue commendantur. Ettmüllerus singularem virtutem, externe cum pinguedine coturnicis, membro, generationi dicato, adhibitis adscribit stimulantem. Raro in officinis nostris vera Pyrethri Radix invenitur. Plerumque pro ea Radix Ptarmicæ, quæ viribus multo est inferior, substituitur.

Quinquefolii. Vide Rad. Pentaphylli.

Raphani rusticani, Raphani rustici, Raphani marini, Armoriciæ, Cochleariæ folio cubitali, Tournefort. Cochleariæ foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incisiss, Linn. Racine de grand Raifort, Meer-Rettich. Coluntur in hortis, & plantis antiscorbuticis adnumerantur. Calculosis, hydropicis, verminosis & mensium vitiis laborantibus, commendari solent.

Rhabarbari Monachorum, Lapathi latifolii hortensis, Rumicis fativi, Racine de Rhubarbe des Moines, Münchs-Rhabarbara. Coluntur in hortis. Multum cum Rhabarbaro vero conveniunt, magis vero adstringunt.

Rhabarbari veri, Rhabarbari lanuginosi, sive Lapathi Chinesis longifolii, Racine de Rhubarbe, edle Rhubarbara, wahre Rhubarbara. Lapathum præstantissimum, Rhabarbarum officinale Munting. Ob florem monopetalum, campaniformem, multifidum, proprium genus constituit *Barbave Ind. pl. part. II. p. 84.* A Tournefortio ad plantas flore monopetalo, campaniformi, multifido, refertur. Linnæus Rhabarbarum Sinense, folio crispo, flagellis varioribus & minoribus Ammanni pro vero habet Rhabarbaro & in sua materia medica *Rheum foliis subvillosis* adpellat. Sed Gleditschius hanc ad viliores species amandat, & in suo *Verzeichnuß der gewöhnlichsten Arzneypflanzen*, p. 305. genuinam Rhabarbari speciem fufius, sed non satis botanice, describit. Patriam agnoscit Chi-

nam, unde per reliquas Asiæ regiones ad nos pervenit. Eligendum est Rhabarbarum, quod rarum existit, & minorem stipticitatem habet, quod inter mandendum glutinosum est, cum levi adstrictione, & crocæ tincturæ; varii coloris, dilute ex carneo colore rubens. Frustra nodosa minora præferuntur majoribus, quæ sæpius intus putrescunt & nigrescunt. Hodie etiam radices in taleolos dissectæ advehuntur, quæ reliquis præferri merentur. Sit mediocriter ponderosum & non cariosum. *Vires vere habet polychrestas, quas recensere nimis longum esset.* Tilingius integrum scripsit tractatum, sub titulo Rhabarbarologiæ. Unicum monemus: Rhabarbarum assumptum urinam tingere flavo colore, quod juvenes practici, ne in urinarum examine hallucinentur, notent.

Rad. Rhapontici officinalis, Lapathi Alpini folio subrotundo J. C. Lapathi hortensis rotundifolii C. B. Rumicis floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis unica granifera, foliis cordatis, Linn. *Racine de Patience grande, de Rhapontic, gemeine Rhapontic.* Sunt unius vel duorum pollicum crassitie, extus flavæ, intus sicut Rhabarbarum verum variegatæ, saporis amaricantis adstringentis. Reperiuntur nonnunquam crassæ proxime ad formam & magnitudinem Rhabarbari veri accedentes; distinguuntur vero odore, qui non ita gravis; sapore magis adstringente & glutinoso, atque, quod masticatæ, salivam colore non ita intense flavo, sicut Rhabarbarum, inficiant. Coluntur in hortis, & sponte in Styriæ & Austriæ alpihus proveniunt. *Alvum, ad drachmam unam usque vel duas exhibitæ, solvunt. Commendantur vulneratis, ictericis & ab alto lapsis.*

Rhapontici veri, Rhei foliis glabris, Linn. *Racine de Rapon-tic, wahrhafte, gerechte Rhapontic.* Sunt oblongæ, pollicis crassitie, coloris foris fusci, intus crocei, substantiæ raræ & laxæ, saporis amaricantis subadstringentis, parum glutinosi, odoris haud ingrati. Planta inter *Lapatha* a nonnullis ponitur; *Tournefortius* vero, ob florem monopetalum, campaniformem, multifidum, proprium inde genus constituit: hinc inde, eandem cum Rhabarbaro vero plantam esse, multi, quibus etiam *Linnaeus* annuit, autumant, & non nisi loco natali & radicibus minoribus distinctam produunt. Raro in officinis reperiuntur, & loco Rhapontici veri, plerumque radices *Centauryi majoris*, quod *Rha capitatum*, sive *Rhaponticum Helenii folio* appellant, prostant. *Optime igitur, si Rhaponticum verum præscribitur, Rhabarbarum verum orientale substituitur, cum quo etiam ratione virium convenit.*

Rhodiæ, Rosariæ, *Racine de Rhodus, Racine sentant les Roses, Rosenwurzel.* Planta sub nomine *Anacamperos, radice rosam spirante, majoris, a Tournefort.* describitur. A *Barbavio, Tbelepbium, radice rosam spirante majus, foliis cæsis, minus serratis,* vocatur. Nascuntur in alpihus. *Vim habent subadstringentem, & tam interne sumtæ, quam externe, fronti cum aceto applicatæ, ad Cephalalgiam laudantur.*

Rubiæ tinctorum, fativæ majoris, Erythrodani Raji, Rubiæ foliis lenis, Linn. *Racine de Garance, Färber-Röthe-Wurzel.* Coluntur copiose fere per totam Germaniam & Galliam. *Vulnerariæ sunt & radicibus quinque aperiensibus minoribus adsociantur. Propter trav-maticas*

maticas vires a Turcis per excellentiam Baya, i. e. Balsamum, vocantur. Usus maximus in arte tinctoria. Decoctum animalibus junioribus propinatum ossa infecit rubedine.

Rad. Rusci, vide Rad. Brusci.

Salab. Sunt radices *Orchidis Persicæ* unifoliæ bulbosæ, substantia quasi cornea, saporis glutinosi. *Linnæus* plantam adpellat: *Orchidem bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso.* Sinenses & Persæ magni pendunt has radices & illis vim adscribunt aphrodisiacam, atque fere easdem virtutes, quas Japonenses de sua *Ginseng* prædicant. Drachma una hujus radices in pulverem trita, atque aquæ fontanæ unciis octo macerata, leni calore, fere tota in gelatinam vel mucilaginem solvitur, quæ acrimoniam biliosam in intestinis hærentem mitigat & dolores demulcet; hinc inde non solum dysentericis, sed etiam ad colicos dolores & convulsiones infantum commendantur. B. *Geofroy* docuit etiam nostratis orchidis radices ad modum radicum Salab præparare, atque ablato cortice, in aqua fontana frigida, per aliquot horas macerare, postea parum coqui, & filo, mediante acu trajecto, appensas in aëre calido siccare jubet: sic quasi corneam & semi diaphanam acquirunt faciem, atque in pulverem tritæ & aqua fervida dilutæ, pariter, sicut persicæ, in mucilaginem abeunt. *Pro una dosi sufficiunt grana XXIV.*

Saniculæ, Saniculæ officinarum, vulgaris, Diapensicæ, Saniculæ foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus, Linn. *Racine de Sanicle, Sanickelwurzel, Bruchkrautwurz.* Indigena est planta, & in silvis nascitur. *Folia & radices leniter adstringunt, & decoctis adduntur vulnerariis; commendantur etiam herniosis.*

Sanley. Sunt radices *Acori veri palustris.* Crescunt in regno Chinesi circa urbem *Canton* in provincia *Suchuan*, ubi recentes in tenues taleolos scissæ, siccatae, in plumbeis receptaculis, uti herba Thee, ne virium jacturam faciant, aut ab aëre marino corrumpantur, asservantur. *Apud Chineses magno habentur pretio, ob plurimas, quibus pollent, virtutes medicas. Præcipue laudatur vis earum in febribus malignis & morbis contagiosis. Dari solet in pulvere a granis XX. ad XL. bis vel ter de die cum vehiculo idoneo. Serviunt etiam hæ radices usui externo ad morsus animalium venenatorum, atque pulvis vino subactus, parti affectæ applicatur. Plura Acta Physico-Medica Vol. IV. habent.*

Saponariæ majoris lævis, C. B. Lychnidis Saponariæ dictæ, Saponariæ calycibus monophyllis cylindræis, foliis ovato-lanceolatis, Linn. *Racine de Saponnaive, ou de Savonnaire, Seiffenfrautwurz.* Juxta rivulos & fossarum margines crescunt. Radices primo vere effodiendæ. *Vires sunt sudoriferæ, attenuantes, aperientes & diureticiæ, ac in morbis serosis, pectoris, lue venerea & mensibus ciendis commendari merentur. Stahlius radices Saponariæ, Sarsaparillæ radicibus longe præferendas esse, autumat.*

Sarsaparillæ, Salsaparillæ, Zarzaparillæ, Smilacis caule angulato aculeato, foliis dilatato-cordatis inermibus, Linn. *Racine de Sarcepareille, de Salsepareille, Sarsaparill.* Sunt *Smilacis viticulis*

ticulis asperis Peruvianaë, folio hederaceo lævi. Smilax caule angulato aculeato, foliis ovatis, acutis, inermibus; vel Smilax viticulis asperis Virginiaë, folio hederaceo lævi. Zarza nobilissima. Hort. Lugd. Royen. Ex multis Americaë provinciis, Peru, Mexico, Virginia & Brasilia advehuntur. Eligendæ sunt radices recentes, coloris foris obscurioris, intus albicantis, quæ non facile franguntur, nec cariøsæ sunt; præferuntur, quæ calami scriptorii crassitiem habent. Temperatissima est radix, & in morbis lymphæ bonam præstat opem, longam vero exposcit coctionem, vel macerationem.

Rad. Satyrii, Cynosorchidis latifoliæ C. B. Orchidis bulbis indivisis, nectarii labio integerrimo lanceolato, cornu longissimo, petalis patentibus, Linn. *Racine de Satyrion, Stendelwurcz, Anabenfrautwurcz.* Radices *Orchidis & Satyrii* hodie confunduntur, atque sæpius una pro altera sumitur. A veteribus vero distinguebantur, ita ut species, quæ radicem bulbosam, eamque geminam obtinerent, *Orchides*, quæ vero tantum unicam, *Satyria*, appellarentur. Differunt etiam ab illa specie, quæ *Palma Christi* vocatur, & radices multifidas habet. Nascuntur in pratis humidis, colliguntur ineunte vere. *Radices Satyrii, virtute multum cum illa Persica radice, Salab dicta, convenire; Degnerus in Dissertatione de Dysenteria contagiosa biliosa, perhibet; quæ & celeberr. & illustr. Hallerus confirmat. Muntingius ad spasmos & convulsiones nervorum, fluorem album, & hæmorrhagias uteri commendat. Vulgo pro aphrodisiacis habentur, & ad Electuarium Diasatyrium expetuntur.*

Saxifragiæ albæ, Saxifragiæ rotundifoliæ C. B. radice tuberosa, Saxifragæ foliis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulosa, Linn. Racine de Saxifrage, weisse Steinbrechwurcz. Proveniunt in pratis & collibus humidis. Ordinario in officinis sub nomine seminum Saxifragiæ veniunt, magnitudine semen Coriandri æquant. *Resolvunt, & humores viscidos attenuant; hinc ad pectoris, renum & vesicæ vitia commendantur.*

Scillæ, Squillæ, Scillæ rubræ, sive Pancratiï veri, Scillæ radice tunicata, Linn. Racine de Scille, Oignon marin, Meerzwiebel, Mauszwiebel. Sunt species *Ornithogali maritimi*, radice rubra *Tournef.* magnitudinis variæ, aliquando duorum pugnorum, e plurimis squamis, lamellatim, ceparum instar, sibi incumbentibus compactæ, inferius multis fibris donatæ, extus rufæ, quæ ordinarii sunt usus, albæ rarioris. Ultræque saporis amari & acris, odoris nullius. Nascuntur in locis maritimis arenosis Lusitaniæ, Hispaniæ, Siciliæ. Flores, hyacyntho stellari similes, in spica crescentes, antequam folia apparent, emergunt. Crudæ raro, præparatæ vero sæpius in usum vocantur. Vide *Scilla præparata, Parte II. Pharm. Wirt. Scilla alba mitior habetur rubra. Dari squillam esculentam nonnulli adstruunt.*

Scorzoneræ, Latifoliæ, Sinuatæ, Serpentariæ, Scorzoneræ caule subnudo unifloro, Linn. Racine de Scorzonere, Scorzonerawurzel, Schlangentwurzel. Scorzonera a voce Catalonica *Escorzo, Vipera*, cujus morsui & assumta, & externe applicata, mederi creditur.

creditur. Coluntur in hortis. *Tam alimentum, quam medicamentum, blandum, diaphoreticum & alexipharmacum præbent.*

Rad. Scrophulariæ, nodosæ foetidæ, vulgaris & majoris, Ficariæ, Ferrariæ, Castrangulæ, Scrophulariæ foliis cordatis, caule obtusangulo, racemo terminali, Linn. *Racine de Scrophulaire, Braunturz, Saukrautwurz, Feigwarzwurz.* Nascuntur in locis humidis, circa rivulos & fossas. Verno tempore colligi debent. *Vulnerariæ sunt & incisivæ, sed odoris & saporis ingrati, amari.*

Seneka, Senegar, Senegan, Polygalæ caule simplicissimo, foliis ovato-lanceolatis erectis alternis integerrimis, racemo terminali erecto, Linn. *Racine Seneka, Seneka, Senegar, Virginische oder Pensylvanische Klapper-Schlangentwurz.* Est radix perennis semi spithamam vel etiam spithamam longa, variæ pro ætate crassitiei, ut plurimum digitum circiter minimum crassa, varie contorta, in plures ramos divaricata, fibris stipata lateralibus, & margine veluti membranaceo extuberante, secundum longitudinem decurrente, foris sublutea, intus alba, sapore acri amaricante, nonnihil aromatico prædita. Adfertur ad nos ex Virginia, Carolina, Marylandia, Pensylvania & hujus provincia Senega. *Remedium apud Virginicæ incolas est ad morsus viperæ caudisonæ, pleuritidem, peripneumoniam, aliasque febres phlogisticas. In officinis olim non usitata fuit Polygala; exemplo vero Virginienfium, Parisienses Medici nostram exhibuere, eventu felicissimo & eodem, licet vi debiliori gaudeat. Vomitus & catharsis, quandoque hoc remedio benigne cientur, idque satis feliciter. At si æger admodum debilitatus fuerit, nec vomitum facile pertulerit, emesin sistent absorbentia quævis testacea.*

Paratur Essentia ex radicibus Seneka unciis tribus, Valerianæ sylvestris uncia una semis, Vini Canariensis libris duabus. Dosis tria cochlearia statim post venæsectionem, quæ dosis singulis sex horis repetenda.

Serpentariæ Virginianæ, Viperinæ, Colubrinæ, Contrayervæ Virginianæ, Aristolochiæ caulibus infirmis angulosis flexuosis, foliis cordato oblongis planis, floribus recurvis solitariis, Linn. *Racine Serpentinaire, Racine Viperine de Virginie, Virginische Schlangentwurz.* Planta ad aristolochiarum classem refertur, atque *Serpentaria* sive *Pistolobochia* flore atro purpureo, in terræ superficiem procumbente, foliis cordiformibus a Clayton in flora Virginica, vocatur. Apud Gronovium, *Aristolochia, caulibus infirmis, angulosis, flexuosis, foliis cordato oblongis, planis, floribus recurvis, solitariis,* audit. Plerumque tota planta, in fasciculos ligata, ad nos pervenit. Radices sunt tenues, fibrosæ, saporis aromatici, odoris camphorati, vel ad *Valerianæ* accedentis, gratioris tamen. *Vires alexipharmacæ, balsamicæ, anticatarrhales, carminativæ, diureticæ, & uterinæ, celebrantur.*

Sigilli Salomonis, vide Rad. Polygonati.

Spicæ Celticæ, Nardi Celticæ, Alpinæ, Valerianæ Celticæ, Tournefort. Valerianæ floribus triandris, foliis ovato-oblongis

obtusis integerrimis, Linn. *Racine de Nard Celtique, Celtischer Nardus, Magdalenen-Kraut, Magdalenen-Blumen.* In officinis quidem ad flores referuntur; accuratius vero examinatae, sunt radices cum foliis, quae in Alpibus Tyrolensibus, Styriacis & Ligusticis crescunt. Eligendae sunt odoris aromatici, jucundi, radiculis numerosis cohaerentes, haud fragiles & plenae. *Alexipharmacae, uterinae & diureticae sunt. Ad Theriacae confectioem adhibentur. Valerianae officinarum vivibus equiparari imo praeferrri meretur.*

Rad. Spicae Indicae, Nardi Indicae, Graminis Cyperoidis aromatici Indici, Laguri paniculae racemis supra decompositis proliferis, Linn. *Racine de Spicanard, Indianische Spicanard.* Radices sunt longae, fungosae, digiti crassitie & longitudine, ex nervosis quasi filamentis convolutae, & congestae, colore ex fusco rufescente, saporis amari aromatici. Ex India orientali ad nos advehuntur. Eligendae recentes, leves, coma longa praeditae, Cyperum redolentes. *Usus praecipuus est ad Theriacae confectioem, ad menses ciendos, vermes necandos; carminativae, stomachicae & nephriticae etiam habentur.*

Squamariae, vide Rad. Dentariae.

Succisae, vide Rad. Morsus Diaboli.

Taraxaci, Dentis Leonis, Leontodontos calyce inferne reflexo, Linn. *Racine de Pisse en Lit, Pissenlit, ou de Dent de Lion, Pfaffenröhrlein, Löwenzahn, Löwenfrautwurz.* Ubique occurrunt. Colligendae primo vere. *Cum Cichorii radicibus conveniunt, sanguinem purificant, vulnerariae, aperitivae & diureticae sunt.*

Tormentillae, Heptaphylli, Tormentillae silvestris, Tormentillae caule erecto, Linn. *Racine de Tormentille, Tormentill-Nothwurz, Blut- und Ruhrwurz.* Proveniunt in arenosis locis. *Adstringunt, vulnerariae & alexiteriae sunt. Decoctum, roseum quasi odorem spirat, & ad tonum ventriculi & intestinorum deprædicatur. Quia vero fortius adstringit, non saturatum, sed dilutum exhiberi debet. Etiam in gargarismatibus & collutionibus, ad dolores & dentium vacillationem, usus est.*

Trifolii fibrini, aquatici, antiscorbutici, Menyanthis foliis ternatis, Linn. *Racine de Trefle de Castor, Bibertlee-Wasser- und Scharbocksflee-Wurzel.* Rarioris sunt usus. In locis paludosis proveniunt. *Easdem vires, quas foliis, adscribunt; efficaciora vero folia habentur. Laponiae incolis, exsiccatae, tam pro pabulo pecorum, quam, urgente annonae scævitia, cum farina mixtae, panificio inserviunt; panis vero inde paratus, admodum amarus & detestabilis est, monente Linn. Flor. Lapon.*

Turbith, Turpethi, Convolvuli foliis cordatis angulatis, caule membrano quadrangulari, Linn. *Racine de Turbit, Turbit-Wurzel.* Advehuntur ex Insula Ceylon & Malabaria, ubi in locis opacis, humidis, ad fossarum margines, aliisque locis silvestribus proveniunt. Eligendae sunt resinosae, albicantes, non cariosae. Tormina

Tormina excitare solent, nec temere gravidis exhibendæ sunt; hydropicis optime & mirifice conveniunt. Dosis scrupulus unus, ad duos, vel drachmam unam.

Rad. Tussilaginis, vide Rad. Farfaræ.

Valerianæ palustris, vel silvestris montanæ, quæ etiam pratensis vocatur, *Racine de Valeriane, Kleiner Baldrian, Katzenwurzel, Augenwurzel.* Indigenæ sunt, posterior priori præfertur. Colliguntur verno tempore. *Viribus sunt alexipharmacæ, emmenagogæ, uterina, antarthriticæ & diuretici, ac specificè ad ophthalmiam & epilepsiam commendantur.*

Victoralis longæ, Victoralis maris, Allii Alpini, Allii montani latifolii maculati, Allii caule planifolio umbellifero, umbella globosa, filamentis simplicibus corolla longioribus, Linn. *Racine de Victoralis longue, lange Siegwurzel, Allermanns-Harnisch-Wurzel, Schlangen-Knoblauchwurzel.* Proveniunt in alpi-bus Tyrolensibus. *Raro in medicina inserviunt; mulierculæ contra veneficia & magicas incantationes in usum vocare solent.*

Victoralis rotundæ fœminæ, Gladioli foliis ensiformibus, floribus uno versu dispositis, purpureo - rubentibus C. B. Gladioli foliis ensiformibus, floribus distantibus, Linn. *Racine de Victoralis ronde, runde Siegwurz, Siegwurzweiblein, Acker-Schwertel.* Apud nos coluntur in hortis; in regionibus calidis sponte inter segetes occurrunt. Utriusque Victoralis radices corticem fibrosum, lamellatum & quasi reticulatum habent, odorem alliaceum & nonnihil quoque saporem. *Rarissimi in medicina sunt usus; externe ad emolliendos tumores adhibentur.*

Vincetoxici, vide Rad. Hirundinariæ.

Ulmaræ, vide Rad. Barbæ caprinæ.

Urticæ, Urticæ majoris urentis, vulgaris, Urticæ dioicæ, foliis oblongo - cordatis, Linn. *Racine d'Ortie, Nesselturz, Brennesselturz.* *Vim habent diureticam & sanguinem depurantem; specificè ad mictum cruentum commendantur.*

Zedoariæ, vide Aromata.

Zinziberis, vide Aromata.

CAPUT II.

DE HERBIS ET FOLIIS.

Herba Abrotani maris angustifolii, Artemisiæ foliis ramosissimis fetaceis, caule erecto fruticoso, Linn. *Auronne ou Garderobbe le mâle, Stabwurz, Gartheyl.* Colitur in hortis. Colligenda Augusto. *Cum Absinthio Pontico, cujus est succedaneum, convenit, & habetur balsamica, uterina, antiferica, anticachectica, & contra morsus animalium venenatorum laudatur.*

Herba Absinthii Pontici, Romani, nobilis, tenuifolii, incani, hortensis, Artemisiæ foliis compositis multifidis: subtus tomentosus, floribus subrotundis nutantibus: receptaculo nudo, Linn. *Absinthe Romain, Absince Pontique, Welscher, Römischer Wermuth.* Colitur in hortis; sponte provenit in Ponto, mitius est Absinthio vulgari. *Vis stomachica, anticacchetica, anthelmintica notoria est, & specifica diuretica ab Hermanno adscribitur.*

Absinthii vulgaris, Artemisiæ foliis compositis, multifidis, floribus subglobosis pendulis, receptaculo papposo, Linn. *Absinthe, Absince, Aluine, gemeiner Wermuth.* Colitur in hortis, & nonnunquam sponte provenit. *Viribus cum antecedente convenit; adscribitur etiam vis anodyna. Externe succus vel decoctum ad ulcera inveterata, putrida & scabiem, suffitus vero auribus exceptus ad otalgiam commendatur.*

Acetosæ, Oxalidis, Acetosæ pratensis vulgaris, Ozeille, ou Oseille, Aceteuse, Sauerampfer. *In decoctis & jusculis medicatis adhibetur, bilem temperat & antiscorbutica est.*

Acetofellæ, Allelujæ, Trifolii acetosi, Oxytriphylly, Oxalidis scapo unifloro foliis ternatis, radice squamoso-articulata, Linn. *Oseille sauvage, Alleluja, Sauerflee, Buchampfer, Herzflee.* Provenit in silvis, circa radices fagorum. Colligitur Majo. *Saporem acidum gratum præbet. E succo plantæ paratur Syrupus & Sal essentielle.*

Acmellæ, Attmellæ, Admellæ, Acemellæ, Achmellæ, Verbesinæ foliis oppositis lanceolato-ovatis petiolatis ferratis, pedunculis unifloris dichotomiæ caulis, Linn. *Acmelle, Indisch Harnkraut.* Sunt folia *Bidentis, urticæ folio, Ceylanicæ, vel Chrysanthemum Zeylanicum flore luteo, Lamii folio.* Nascuntur in Ceylon Insula. *Virtus adscribitur huic plantæ lithontriptica, diaphoretica, anodyna & humores viscidos attenuans; specificè etiam ad fluorem album commendatur. Bibitur ceu apozema; datur etiam in substantia. Infusum nunquam absque Liquiritia, Syrupo de Althæa, vel simili quopiam, quod acrimoniam foliorum temperat, propinari debet. Pretiosa est medicina, cum unciam unam pro quatuor imperialibus divendant Batavi; propterea commode nostram Bidentem, Lamii vel Urticæ folio, quæ fere easdem vires habet, huic pretiosæ substitui posse, cum clarissimo Nebelio censemus.*

Aconiti, Napelli, Aconiti foliorum laciniis linearibus, superne latioribus linea exaratis, Linn. *Cappe de Moine, Eisen Hütlein.* Sponte crescit in Helvetia, Bavaria, Gallia. Apud nos in hortis ornamentum gratia colitur. Planta hæc semper pro venenata, & quidem jure, habita, procul ab officinis pharmaceuticis abesse jubebatur. Introduxit eam Celeberrimus *Stærkius.* Postquam extractum ejus Saccharo palliatum in minutissima dosi deprehendit, non solum innocuum, sed etiam in tumoribus scirrhis, topis nodisque emolliendis; in atrocissimis articulorum partiumque induratarum doloribus sopiendis & ulce-

ulceribus cacoethicis & rebellibus depurandis & firma cicatrice consolidandis proficuum.

Herba Adianti, Adianti albi, Rutæ murariæ, Paronychiæ, Matth. Asplenii frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis, Linn. *Adiante blanche, Mauere-Nauten, Stein-Nauten.* E scissuris & juncturis vetustorum murorum, in locis umbrosis provenit. *Vim habet diureticam, ad rachitidem & enterocelas puerorum, specificè commendatur.*

Adianti aurei, Polytrichi aurei, Musci capillacei majoris, Tournefort. Polytrichi capsula parallelipeda, Linn. *Perce-mouffe, Golden Wiederthon.* In silvis provenit, & ad muscos pertinet. *Raro in medicina in usum vocatur. Refertur inter antimagicas herbas.*

Adianti nigri, foliis Coriandri, Linn. Capilli Veneris, Capillaire, Cheveux de Venus, Frauen-Haar, Venus-Haar. In Languedocia, circa montem Pessulanum, multus ejus est proventus. *Incidit & attenuat, pulmonica & diuretica est. Paratur ex hac plantula Syrupus ille celebris Syrop capillaire.*

Agrimoniæ, Lappulæ hepaticæ, Eupatorii veterum, Hepatorii, Agrimoniæ foliis pinnatis, fructibus hispidis, Linn. *Aigremoine, Sdermenig, Leberkletten, Steinwurz.* Circa agrorum & viarum margines provenit. Majo & Junio colligenda. *Vulneraria est, atque hepaticis & lienosis dicata, ad urinæ incontinentiam & renum ulcera commendatur.*

Alcæ, Alcæ vulgaris, Malvæ caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis, Linn. *Alcée, ou Mauve sauvage, Sigmar-Simeons-Kraut, Jellris.* Differt a Malva foliis divisis & profundius incisis; provenit in incultis. *Viribus cum Malva convenit; laudatur imprimis ad nodos & tumores scirrhosos mammarum, de cancro ipso suspectos, in cataplasmate.*

Alchimillæ majoris, Pedis Leonis, Leontopodii, Alchimillæ foliis lobatis, Linn. *Pied de Lion, Simnau, Löwenfuß, Frauenmantel, grosser Saucul.* Crescit in pascuis & pratis humidis. *Vulneraria est & adstringit.*

Alliariæ, Alliafri, Erysimi foliis cordatis, Linn. *Alliaire, Herbe des Aux, Knoblauchkraut, Läuchelkraut.* In dumetis & juxta sepes provenit. Mense Majo colligenda. *Folia recentia contrita Allium redolent & viribus cum Scordio conveniunt. Ad gangrænam, & ulcera cancrosa a Barbavio commendatur.*

Alfines mediæ, Morsus gallinæ, Alfines foliis Triffaginis, Alfines petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis, Linn. *Morgeline, Hünerscherben, Vogelkraut.* Ubique provenit, & etiam hyeme viret. *Externe ad ulcera & scabiem adhibetur; interne sumpta refrigerat & atrophiam laborantibus commendatur.*

Herba Althææ, Bismalvæ, Ibisci, Guimauve, Eybischkraut, Heylskraut. Colitur in hortis. Adnumeratur herbis quinque emollientibus.

Anagallidis maris, flore phœniceo, Anagallidis foliis indivisis, caule procumbente, Linn. Morgeline, Mouron, Anagallis lemale, Gauchheil, Collmarkkraut, Vogelkraut, Hünerdarm. Crescit in vinetis & hortis. Adscribitur vis singularis antimelancholica, antepilepta & antimaniaca. Antiquatam contra morsum canis rabidi virtutem impressa, publica autoritate divulgata, restituere videntur.

Anethi hortensis, Anethi fructu compresso, Linn. Anet, Dillkraut, Dill, Garten-Dill. Seritur in hortis. Raro herba sicca, nisi forsan in clysteribus & pediluviis, in usum vocatur.

Anserinæ, Argentinæ, Argentariæ, Potentillæ, Potentillæ foliis pinnatis, caule repente, Linn. Argentine, Genserich, Gänßkraut, Silberkraut. Juxta sepes & vias occurrit. Colligitur mense Junio. Refrigerat, adstringit & vulneraria est.

Antirrhini, majoris folio longiori, C. B. Antirrhini corollis acaudatis, calycibus flores superantibus, Linn. Muffle de Lion, de Veau, Halbhnase, Löwenmaul, Sterckkraut, Dorant. Colitur in hortis. Virtute gaudet diuretica, & herbis antimagicis adnumeratur.

Apalachines, Paraguay, Thèe de la Mer du Sud. Angl. Cassio-berry-busch, Cassina Floridanorum. Species est Alaterni, & sub nomine Apalachine ante aliquot lustra in Gallia celebris fuit. Ab aliis frutex Alaternoides lauri serrato folio appellatur. Non solum in America, sed & in Africa reperitur. Apud Americanos magni æstimatur, & eorum fere unicum solatium est. Hinc quotannis, sicut apud nos, ad fontes salutare, ita apud illos, certo anni tempore, ad ripas maris, ubi frutex copiose provenit, magnus est confluxus. Infundunt folia recentia aqua fervente & in circulo accumbentes vas hoc infuso repletum unus alteri porrigunt. Hoc plerumque per tres dies insequentes continuare solent, atque interim quilibet quantitatem horum foliorum secum domi transportandam colligit. Vires hujus infusi sunt emeticæ, & absque omni molestia ventriculum purgat.

Ex effectu indoles plantæ, quæ ad Thymelæam refertur, cognoscitur. Ipsi etiam Americani plantam olim fuisse venenatam, sed ex benedictione S. Bartholomæi salutarem nunc habere effectum, sibi persuadent. Præcipue Metallicolis & Peruani regni circa celebres illas fodinas montis Potosi incolis salubris est medicina. Folia hæc & eorum infusum intense sunt amara. Apud Hispanos audiunt Yerba de Palos & Yerba de Camini. Præferri solent illa, Yerba de Camini, quæ & ab Anglis Paraguay vocantur: frutex vero, qui Yerba de Palos profert, Cassio-berry-busch insignitur.

Aristolochiæ, Pistolochiæ dictæ C. B. Aristolochiæ polyrhizæ J. B. Aristolochiæ foliis cordatis crenulatis petiolatis, floribus solitariis, Linn. Aristolochie menue, Sarrasine, Ratelou, Oster-

Oster-Luceykraut. Nonnunquam in vinetis occurrit; colitur etiam in hortis. *Vulneraria habetur, & plerumque a veterinariis, præsertim ad equorum ulcera, adhibetur.*

Herba Arnicæ, Ptarmicæ montanæ, Doronici, Plantaginis folio, Plantain des Montagnes, Fallkraut, Lucianskraut. Vide Radices Arnicæ.

Artemisiæ vulgaris, caule & flore purpurascens, Artemisia rubra, *Armoise ou Arsemise rouge, rother Beyfuß, rother Buck.* Est varietas sequentis.

Artemisiæ albæ vulgaris, caule ex viridi albicante, Artemisiæ foliis pinnatifidis planis laciniatis floribus erectis, Linn. *Armoise blanche, weisser Beyfuß, weisser Buck.* Sponte proveniunt. *Alba & rubra virtutibus conveniunt, & inter plantas seu herbas vulnerarias & uterinas numerantur. Ex Artemisia Chinensi paratur illa lanugo, quæ Moxa dicitur, & in curatione podagræ per ustionem, apud orientales gentes, celebre est remedium.*

Asari, Nardi silvestris, rusticæ, Cabaret, Oreille d'homme, Haselwurzkraut. Nascitur in dumetis & circa caudices Corylorum, perpetuo viret. Colligenda Majo & Junio. *Vim habent folia radice; mitiora tamen sunt, & in parva dosi diureticum & emmenagogum præbent insigne: raro tamen, ob nauseam & vomitus, quos excitare solent, in usum vocantur, nisi in pulveribus erythinis & pediluvii. Fortiori coctione vim emeticam & purgantem deponunt.*

Asplenii, vide Herba Ceterach.

Auriculæ muris, vide Herba Pilosellæ.

Basilici, Ocymi vulgatiore, medii, magni, Ocymi foliis ovatis glabris, Linn. Basilic, Basilgen, Basilienkraut. Colitur in hortis. *Cephalica & uterina est.*

Beccabungæ, Anagallidis aquaticæ, folio subrotundo C. B. Veronicæ aquaticæ, Veronicæ racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente, Linn. Becabunge, Bachbungen, Wasserbungen. In fossis, palustribus & rivulis provenit. Colligenda primo vere. *Siccata raro in usum venit; recens antiscorbuticis adnumeranda est. Scirrhis viscerum resolvendis, ipsique podagræ, longum hujus plantæ usum, opposuit Barhavius. Succus ad integros scyphos, vel solus, vel cum sero lactis mixtus, exhiberi potest.*

Belladonnæ, Solani lethalis Dod. Atropæ, Linn. Belladonne, Belledame, Tollbeeren, Wald-Nacht-Schatten. Provenit passim in Germania, colitur etiam in hortis. Planta est venenatissima. *Folia recentia externe imposita, & eorum infusum parca dosi interne sumtum ulceribus cancris mederi perhibentur.*

Bellidis minoris, pratensis, Bellidis scapo nudo unifloro, Linn. Pâquerette, petite Marguerite, Maßliebenkraut, Margarethenkraut,

fraut, Gänseblumenkraut. Ubique luxuriat. *Vulneraria & pectoralis est, refrigerat, abstergit & roborat.*

Herba Betæ albæ, Betæ communis viridis, Poirée blanche, Mangold. Colitur in hortis. *Usus maxime est culinaris; in officinis a nonnullis adscribitur herbis quinque emollientibus.*

Betonicae, Veronicae vulgaris purpureae, Betonicae corollarum lacinia labii inferioris intermedia emarginata, Linn. *Betonie, Betonien, braune Betonien, Zehrkraut.* Crescit in pratis & montibus herbidis. Colligenda mense Junio. *Polychresta est herba, atque ad multos praecipue nervorum morbos commendabilis. Folia integra, naribus intrusa, & per aliquot horæ quadrantibus detenta, singulare quidpiam praestare in Epiphora, seu Ophtalmia serosa, Act. Phys. Med. Vol. IV. testantur. Vim narcoticam observationes nonnullorum adstruunt.*

Boni Henrici, Lapathi unctuosi, Tota-bonæ, Chenopodii folio triangulari, Tournefort. Chenopodii foliis triangularisagittatis, Linn. *Toute bonne, Bon Henri, guter Heinrich, stolzer Heinrich, Smerbel.* Ubique in locis incultis, ad sepes & parietes hortorum reperitur. *Pollet insigni virtute in vulneribus recentibus sanandis, & ulceribus antiquis expurgandis, ad hæmorrhoidum dolores, cum butyro fruxa, specificum habetur.*

Borraginis, Borrage, Bourrache, Borragekraut, Borretsch. Colitur in hortis. *Antimelancholica, cordialis & alexipharmaca habetur; herba sicca vero raro in usum venit.*

Botryos, Botryos Mexicanæ, Ambrosioidis, Chenopodii, Atriplicis odoratæ Americanæ, Ambrosioidis Mexicanæ, Tournefort. Chenopodii foliis oblongis dentato-sinuatis, racemis nudis multifidis, Linn. *Piment, Patte d'Oye, Traubenkraut, Mottenkraut, Lungenkraut.* Colitur hæc planta in hortis; & ante paucos annos, sub titulo *Theæ Romanæ* sive *Silesiacæ*, celebris fuit. Planta tota odorata est, non insuaviter graveolens, saporis subacris, resinosi, aromatici, amari. Vires promittit & habet. *Ad pectoris affectus, praesertim ad tussim ferinam, ad menses ciendos, & fætum mortuum ejiciendum commendatur; usus est in infusis & decoctis. Recens siccata & in usum vocata vim habet inebriantem. Intra vestes reposita ad tineas abigendas laudat Rajus.*

Brancae ursinae Italicae, Acanthi mollis Virgilii, Bauh. Acanthi foliis sinuatis inermibus, Linn. *Acanthe, Branche ou Branche ursine, Bärenflauen.* Provenit in Italia & Sicilia. *A nonnullis refertur ad herbas quinque emollientes.*

Brancae ursinae Germanicae, Spondylii, Heraclei foliolis pinnatifidis, Linn. *Branche ou Branche ursine, Bärenflauen, Barentagen.* Provenit in pratis humidioribus. *Spiritum vini colore eleganti viridi inficit, qui color durabilior est, quam ullius herbæ. Vires non satis examinatae: male praecedenti substituitur.*

Herba

Herba Buglossæ, Buglossi angustifolii, Linguae bovis, Buglossè, Schsenzungen. Colitur in hortis; etiam passim sponte provenit. *Cordialis & antimelancholica celebratur; sicca tamen raro in usum vocatur.*

Bursæ pastoris, Herbæ cancri, Sanguinariæ, Bursæ pastoris majoris, folio sinuato, Thlaspi filiculis verticaliter cordatis, Linn. *Tabouret, Bourse à Berger, Täschelkraut, Hirtentäschlein, Seckelkraut.* Occurrit in locis incultis. *Refrigerat, adstringit & in fluxionibus sanguinis pro specifico habetur, tam interne, quam externe adhibita.*

Calaminthæ montanæ, flore magno, C. B. Melissæ floribus ex axillis superioribus, pedunculo communi confertis, Linn. *Calamente, wohlriechende Bergmünz.* Ex regionibus calidioribus advehitur; colitur etiam in hortis. *Alexiteria, nervina, uterina & diuretica habetur, & ad Theriacam requiritur.*

Calaminthæ vulgaris, Calaminthæ agrestis, Calaminthæ Pulegii odore, seu Nepetæ, Melissæ pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus caule decumbente, Linn. *Herbe aux Chats, Korimünz, Feldmünz, wilder Poley.* In arenosis & locis apricis provenit. Colligitur Augusto mense. *Diuretica & uterina est.*

Capilli Veneris, vide Herba Adianti nigri.

Cardiacæ, Marrubii Cardiacæ dicti, Brancæ seu Patæ lupinæ, Lycopis, Leonuri foliis caulinis lanceolatis trilobis, Linn. *Agripaume, wild Mutterkraut, Herzgespankraut, Herzgesperrkraut.* Provenit in locis asperis & incultis, juxta sepes & vinetorum muros. Colligenda mense Junio. *Urinam & menstrua movet, vermes enecat, in pectoris pituitosis morbis convenit, atque ad infarctum & inflationem hypochondriorum infantibus commendatur.*

Cardui benedicti, Cardui sancti, Cnici sylvestris, Chardon benit, Cardobenedictenkraut, gesegneter Distel, Spinnen-Distel. Colitur in hortis. *Polychresta est & vere benedicta, atque præsertim morbis ex ventriculo oriundis medetur. Succus subemeticus, uncie unius, duarum dosi febribus intermittentibus, viscerum obstructionibus, ictero utilis, externe ad ulcera cancrosa, putrida, imo gallica, commendatur.*

Cardui Mariæ, Lactei, Spinæ albæ, Cardi squamis calycinis, margine apiceque spinosis, Linn. *Chardon de nôtre Dame, Behedistel, Mariendistel.* Colitur in hortis. *Pleuritidi & hepatis morbis opponi solet.*

Cassinæ, vide Herba Apalachines.

Centaurii minoris, Febrifugæ, Fellis terræ, Gentianæ corollis infundibuliformibus quinquefidis, foliis lineari-lanceolatis, caule dichotomo, Linn. *Petit Centaurée, klein Tausendguldtenkraut, Sieberkraut, Erbgallen.* In silvis & pascuis nascitur.

*Omni*bus morbis a bile ortis dicata est, ut vix præscribatur vinum medicatum, cui non addatur Centaurium. Contra furfures & crustosam capitis scabiem, vix præstantius ullum decoctum reperiri, quam Centaurii ex pisorum brodio, Rajus perhibet. Pediculos enecare idem asserit. Etiam ad reliquas cutis affectiones, varos, albos &c. conducit secundum Matthiolum. Decoctum per chlysterem infusum, mirificum auxilium ad ischiaticum malum esse, humores educere, & dolores sedare, Fernelius auctor est.

Herba Centumnodiæ, Centinodii minoris, Polygoni, Sanguinariæ, Renouée, Centinode, Wegtritt, Weggras, Tausendknoten, Blutfraut. Ubique ad vias occurrit. Refrigerat & adstringit; hinc in sanguinis & alvi fluxionibus commendatur.

Cerefolii, Chærefolii, Chærophylli fativi, Scandicis seminibus nitidis ovato-subulatis, Linn. Cerfeuil, Rörfelkraut. Colitur in hortis. Colligenda vere. Diuretica, pectoralis, emmenagoga & lithontriptica censetur. Ad dolores puerperarum posthumos summopere laudatur. Diuturno usu Cancrum sanandi spem alunt nonnulli ex veterum promissis.

Ceterach, Scolopendrii veri, Asplenii, Asplenii frondibus pinnatifidis laciniis alternis adnatis, Linn. Ceterac, Milzfraut, Milzfarn. Ex Helvetia, ubi in montibus asperrimis atque rupibus ad umbram sitis provenit, adfertur. Spleneticis, calculosis & ictericis commendatur, atque herbis quinque capillaribus adnumeratur.

Chamædryos, Chamædryos repentis minoris, Querculæ minoris, Teucris foliis ovatis inciso-crenatis petiolatis, floribus laxè verticillatis, Linn. Germandrée, petit Chêne, Gamanderlein, klein Bathengel, edel Gamanderlein. Provenit in montosis, & colligitur per æstatem. Arthriticis, hydropicis & scorbuticis præprimis commendatur. Bibitur infusum ejus loco Theæ.

Chamæpityos, luteæ vulgaris, folio trifido, Ivæ arthetice, Ajugæ, Teucris foliis linearibus trifidis integerrimis, Linn. Ivette, Erdfieffer, Feld-Cypress, Schlagkräutlein, Je länger je lieber. Odorem spirat terebinthinaceum. Balsamica est planta, nervina & anodyna; apoplecticis & epilepticis, vertiginosis atque pareticis commendabilis.

Chelidonii majoris, Chelidonii vulgaris, Chelidoine grande éclairé, groß Schöllkraut, Schwalbenkraut. Provenit in locis incultis circa sepes & muros. Succum in se habet acrem crocei coloris. Ictericis commendatur, & in obstructionibus hepatis laudatur; externe egregium est vulnerarium, detergit & mundificat ulcera. Tota planta hydropicorum plantis pedum subditur.

Cichorii hortensis, Chicorée, Wegwartenkraut, Sonnenswendkraut. Colitur in hortis. Vires sunt eadem ac radicum; vari tamen usus.

Herba

Herba Cicutæ, Cicutæ majoris, Conii seminibus striatis, Ciguë, Schierling. Non in omnibus officinis eadem herba sub nomine Cicutæ deprehenditur. Sunt, pro quibus *Cicuta aquatica Gesneri*, colligitur; aliæ *Ethusam cynapium* vendunt, aliæ *Pbellandrium aquaticum* recipiunt. Invenies etiam ubi ex *Chærophyllo tenulo*. Extractum cicutæ paratur. Ipse Linnæus pro conficiendo *Emplastro de cicuta* seligit *Cicutam aquaticam*, a quibus omnibus probe distinguimus nostram. Nostrum vero facimus & officinis nostris commendamus eam, quæ Stœrkianis experimentis materiam dedit, circa sepes & in dumetis occurrit, & caule suo maculoso ac odore viroso etiam indoctis non-Botanicis facile innotescit. *Utilem esse perbibent hanc Cicutam malis scirrhis, scrophulosis, quæ vel resolvit, vel ad benignam suppurationem redigit; cancro limites ponere, etiam acrem cancrum emendare, & ichorem in bonum pus convertere, Cataractas incipientes solvere, vel earum progressum impedire, fomentando dolores podagricos, imo topbos dispellere, rheumatismum & arthritidem curare.*

Cochleariæ folio subrotundo, Cochleariæ foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis sinuatis, Linn. *Herbe aux Cuillers, Löffelkraut*. Colitur in hortis, & colligitur verno tempore. *Aperitiva, diuretica & antiscorbutica est. Præfertur recens sicca.*

Consolidæ majoris, Symphyti majoris, Grande Consoude, Wallwurzkraut. Sponte provenit in locis humidis & circa fossas pratorum. *Decoctis additur vulnerariis.*

Consolidæ mediæ, Bugulæ, Ajugæ tetragono-piramidalis, Linn. *Bugle, Consoude moyenne, gulden Günsel, gulden Wundkraut*. Nascitur in pratis & pascuis humidis. *Vulneraria censetur, subadstringit & refrigerat.*

Consolidæ Saracenicæ, Solidaginis, Virgæ aureæ angustifoliæ minus ferratæ, Solidaginis caule erecto, racemis alternis erectis, Linn. *Verge d'or, heydnisch Wundkraut*. Sponte provenit in silvis. *Vulneraria est celeberrima & lithonriptica. Gargarisma ex decocto, faucium & columellæ morbis medetur, putredinem gingivarum & vacillationem dentium curat.*

Conyzæ cœruleæ, Asteris conyzoidis, Senecionis cœrulei, Erigeri vulgâris, Erigeri pedunculis alternis unifloris, Linn. *Conise, blau Dürnwurz, Beruf- oder Beschreykraut*. Provenit in locis siccis apricis. *Siccatur, digeritur, discutitur, & antimagica habetur.*

Conyzæ pulicariæ, mediæ, Asteris conyzoidis luteo flore, antidyntericæ Hoffmanni, Conyzæ foliis lanceolatis, acutis, caule annuo corymbofo, Linn. *Conise jaune, gelbe Münze, Ruhrkraut*. In humidis locis nascitur. *Ad dysenteriam & icterum commendari solet. Suffitu venenatas bestias fugare, & culices abigere, atque pulices necare, Dioscorides auctor est.*

Herba Crassulæ, Crassulæ majoris, Fabariæ, Telephii vulgaris, Illecebræ majoris, Sedifoliis planiusculis patentibus serratis, corymbo-terminali nudo, Linn. *Orpin*, *fette Henne*, *Anabenkraut*, *Bruchkraut*, *Wundkraut*. Provenit in arenosis. *Refrigerat, adstringit & vulneraria creditur.*

Cupressi, Chamæcyparissi, Santolinæ, Abrotani fœminæ, Santolinæ foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris, Linn. *Garderobbe*, *Garten-Cypressen*, *Stabwurz*, *Weiblein*. Colitur in hortis. *Anthelmintica & diuretica est, atque cum Absinthio Pontico convenit. Garderobbe a Gallis vocatur, quia vestes contra tineas defendit.*

Cuscutæ majoris, Cassuthæ, Cuscutæ nudæ repentis filiformis, Linn. *Cuscute*, *Goutte de Lin*, *Flachsseiden*, *Flachsdotter*, *Silzkraut*. Planta est parasitica. Inter linum & urticas nascitur. Si *Thymo* innascitur, *Epithymum* vocatur. *Splenetica & hepatica est; aperit & abstergit.*

Daturæ. Vide Herba Stramonii.

Dictamni Cretici veri, Origanum foliis tomentosis, spicis nutantibus, Linn. *Dictam*, *Dictame* ou *Dictamne* de Crete, *Cretischer Diptam*. Ex Creta advehitur. Folia sunt eligenda tomentosa, recentia, odorata. *Alexipharmaca & uterina est; Theriacam & Dioscordium ingreditur. Vulnerarium etiam celebratur, & ad partum difficilem, fœtum mortuum & secundinas expellendas, ad grana decem, in forma pulveris exhibitus, multum laudatur. Etiam in infuso, Theæ instar, apud incolas Candia, ad febres tertianas, cachexiam, & sudorem proliciendum, celebris est.*

Digitalis purpureæ, folio aspero C. B. Digitalis calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiori integro, Linn. *Digitale*, *Fingerhut*. Raro quidem in officinis reperitur; commendatur vero a *Parkinsonio*, in decocto cum radicibus *Polypodii*, tanquam *remedium ad epilepsiam sive morbum caducum, efficax. Vomitus excitat, & alvum purgat magna cum vehementia.*

Ebuli, Sambuci humilis, arvensis, *Yeble*, ou *Hieble*, *Attichkraut*. Provenit in agris & campis. *Serum educit, & eo sine hydro-picis confert.*

Endiviæ majoris, latifoliæ, Intybi hortensis, Cichorii caule simplici, foliis integris crenatis, Linn. *Endive*, *Andivien*, *Endivien*. Colitur in hortis. *Refrigerat & hepati dicata est.*

Epaticæ, vide Herba Hepaticæ.

Epithymi, Epithymi Cretici, Cassuthæ minoris, Cuscutæ Thymi, *Epithyme*, *Cretische Thym-Sende*. Ex Creta insula advehitur; nascitur etiam in Italia. Epithymum species est *Cuscutæ*, & planta parasitica. Epithymum vocatur, quia *Thymo*, sicut *Cuscuta*,
urticis

urticis & lino adhæret. *Purgat melancholicos sic dictos humores, urinam & menses ciet.*

Herba Equiseti, arvensis longioribus setis, Equiseti scapo fructificante nudo, caule sterili, ramis compositis, Linn. *Prêle, Queue de Cheval, Raizenwedel, Schastheu.* *Laudatur decoctum, vel infusum ejus in exulceratione renum & vesicæ, atque hæmorrhagiis sistendis.*

Ericæ, Ericæ vulgaris humilis J. B. Ericæ antheris bicornibus inclusis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis, Linn. *Bruyere, Heyde, Heydefraut.* *Planta omnibus notissima, copiose circa martiam silvam occurrit. Colligitur planta florescens. Specificè ad nephritidem & calculum vesicæ, infusum vel decoctum a Matthiolo laudatur: aqua destillata ad Ophthalmiam, infusus & balnea ex decocto arthriticis & paralyticis commendantur.*

Erysimi, Verbenæ foeminæ, Irionis, Erysimi filiquis cauli appressis, Linn. *Velar, Tortelle, wilder Weg-Senf.* *Juxta vias occurrit. Attenuat & resolvit, atque in morbis, a visciditate humorum ortis, convenit, & ad Syrupum de Erysimi Lobelii requiritur.*

Eupatorii cannabini Avicennæ, Trifolii cervini, Origani aquatici, Eupatorii foliis digitatis, Linn. *Eupatoire bâtarde, Wasserdosten, Sunigunden-Kraut, Hirsch-Klee.* *Provenit circa rivulos & fluviorum ripas. Vulneraria & antiscorbutica habetur, & præsertim externus ejus usus est. Turfi fossores putrida ulcera pedesque tumentes, hoc & nullo alio remedio sanare, beat. Boerhavius auctor est. Radices hydropicis & ictericis, in infuso commendantur, vehementer purgant, & serum educunt.*

Euphrasiæ flore albo, Euphragiæ, Herba ophthalmica, Euphrasiæ foliis ovatis acute dentatis, Linn. *Eufraise, Euphraise, Augentrost.* *Provenit in pratis, & sub initium auctumni colligenda est. Ictericis commendatur, & ad memoriam confortandam, nec non Ophthalmiam laudatur.*

Farfaræ, Tussilaginis, Ungulæ caballinæ, *Pas d'Ane, Tussilage, Huslattich, Nosshub, Brandlattich.* *Provenit in locis humidis. Tota planta pectus juvare fertur; folia etiam externe ulceribus imponuntur.*

Foeniculi, Marathri, *Herbe de Fenouil, Fenchelfraut.* *Colitur in hortis. Herba vires habet semine debiliores, atque raro, frequentius radix & semen in usum vocantur.*

Folia Indi, Malabathri, Tamalapatri, Canellæ silvestris Malabaricæ, *Feuille Indienne, Indiamisch Blatt.* *Folia sunt oblonga, acuminata, densa & glabra, a pediculo ad apicem tribus nervis excurrentibus, odore grato, sapore aromatico. Veterum Malabathrum plane incognitum est; nostrum folia sunt arboris Canellæ Malabaricæ in H. M. Katou-Karva nominatæ. Eligenda sunt recentia, viridiuscula, odorata. Ad Mitbridatii & Theriacæ confectioem requiruntur; alexitericæ, balsamicæ & uterinæ sunt virtutis, & urinam potenter movent.*

Herba Fragariæ, Trifolii fragiferi, Herbe de fraisher, Erdbeerkraut.
In silvis largus ejus est proventus. *Vulneraria est, leniter adstringit, & hepaticis imprimis juvare fertur.*

Fumariæ, Fumi terræ, Fumariæ pericarpiis monospermis, Linn. Fumeterre, Taubentropf, Erdrauch, Krähhenl. Sponte provenit inter olera & in vinetis. Colligenda planta floescens, mense Junio & Julio. Multum salis habet essentialis, & B. *Bærbave* crystallos, nitri similes, in succo inspissato observavit. *Insigniter amara, splenetica & hepatica est, serum purificat. In morbis chronicis atque cutaneis commendatur.*

Galegæ, Rutæ capraræ, Galega, Geißkrauten. Colitur in hortis. *Alexipharmaca & sudorifera est.*

Gallii, Gallii lutei, Gallii foliis octogonis linearibus, ramis floriferis brevibus, Linn. Caillelait, Megerkraut, Waldstroh, Bettstroh. Provenit copiose circa vias, margines agrorum, & in colibus apricis. *Acidum in se continet, unde lac coagulat; ceterum vulneraria & detergens est.*

Gallitrichi, Hormini Sclarea dicti, sativi sive hortensis, Salviæ foliis rugosis oblongo-cordatis serratis: floralibus calyce longioribus, Linn. Ormin, Scharlachkraut. Colitur in hortis. *Raro in usum venit. Siccatur & abstergit, atque vulnerariis adscribitur. Sunt, qui vina hormino & floribus sambuci mangonizant, ut illis saporem & odorem moschatellinum concilient, quæ vero vina citius inebriant, atque enormes capitis dolores excitare solent.*

Geranii Robertiani, Gratiæ Dei, Herba Ruperti, Geranii pedunculis bifloris, foliis quinquetrive partitis: Lobis pinnatifidis, Linn. Bec de Grue, Herbe Robert, Storchenschnabel, Ruprechtskraut, Gottesgnad, Rothlauffenkraut. Obvia est Geranii hæc species in ruderibus & muris vinetorum. Colligenda mense Majo. *Vulnerarium præstantissimum est; externe applicatum lac in mammis discutit, & inflammationi medetur.*

Gnaphalii montani, Elichrysi montani, flore rotundiore, Tournef. Hispidulæ, Rivini. Gnaphalii caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, sarmentis procumbentibus, Linn. Pied de chat, Feldkazen, Ruhrkraut, Haasensfötlein. Nascitur in montosis apricis locis. *Uusus est in decoctis & gargarismis; vulneraria est & subadstringit. Commendatur ad tussim fevnam puerorum.*

Gratiolæ Linnesii, Digitalis minimæ, Centauroidis C. B. Gratiolæ floribus pedunculatis, foliis lanceolatis serratis, Linn. Gratiolle, Herbe à pauvre homme, Gottesgnadenkraut, Wild-Aurin. Provenit in locis uliginosis & pratis humidis. *Commendari solet hydropticis & cachecticis, febre quartana, & mensium obstructione laborantibus. Potenter per superiora, pariter atque inferiora, purgat; emmenagoga & anthelmintica est. Datur in substantia a granis quindecim ad drachmam semis,*

femis, in infuso aut decocto a drachma una ad duas exhibere licet: sed cum grano salis propinanda, quia facile hypercatbarsin excitat. Præstat infusum, lacte vel sero ejus dulci, quam vino paratum. A Tournefortio Speciebus pro clysteribus emollientibus additur.

Herba Hederæ arboreæ, Hederæ communis majoris, Hederæ foliis ovatis lobatisque, Linn. Lierre, Eppheu, Baumwinde, Mauer-Eppheu-Blätter. In silvis reperitur, & passim muros antiquos scandens occurrit. Sunt, qui internum usum foliorum hederæ arboreæ dissuadent, & mentis turbationem inde secutam observatum esse tradunt; in Act. Physic. Medic. Vol. V. vero pro specifico ad Atrophiam infantum laudantur, si dentur pulveris forma mane ad duas vel tres cultri cuspides, per tempus, ex jusculo vel cum infuso foliorum. Externe decoctum præbet mundificans, vulnerarium, & folia fonticulis superimposita affluxum concitant majorem.

Hederæ terrestris, Chamæclema, Boerhav. Calaminthæ humilioris, rotundiori folio, Tournef. Glechomatis foliis reniformibus crenatis, Linn. Lierre terrestre, Terrette, Gundelreben, Gundermann. Ubique circa sepes & parietes hortorum occurrit. Colligenda Majo & Junio. Pectori dicata est, & quasi polychrestum & balsamicum est remedium, in sputo & mictu cruento. Succus naribus attractus, cephalalgiam etiam vehementissimam & inveteratam, non lenire tantum, sed penitus auferre, Rajus refert.

Hepaticæ fontanæ, Lichenis petræi latifolii, Marchantiæ calyce communi decemfido, Linn. Hepatique d'eau, Stein-Leberkraut, Brunnen-Leberkraut. In puteis & circa fontes, ubi radii solares raro vel nunquam perveniunt, crescit. Siccat, adstringit & abstergit.

Hepaticæ nobilis, Epaticæ, Trifolii aurei, Trifolii hepatici C.B. Hepaticæ, Linn. Hepatique noble, Leberkraut, Guldenflee. In silvis & dumetis occurrit. Vulneraria est & subadstringit. Laudatur ad Gonorrhæam inveteratam, mictum & sputum cruentum.

Hepaticæ stellatæ. Vide Herba Matrifylvæ.

Herniariæ, Millegranæ, Empetri, Herniariæ calycibus bractea nudis, Linn. Turquette, Herniole, Harnkraut, Bruchkraut. Crescit in locis aridis arenosis. Subsalsa acris & styptica est. Commendatur in renum & vesicæ affectibus, ad urinam ciendam; prodest herniosis in pulvere exhibita.

Hispidulæ. Vide Herba Gnaphalii montani.

Hormini. Vide Herba Gallitrichi.

Hyoscyami, Jusquiami, Fabæ suillæ, Hyoscyami foliis amplexicaulibus, Linn. Jusquiame, Hanebane, Bilsenkraut, Schlafkraut. Circa sepes & muros hortorum occurrit. Raro in usum vocatur. Vires sunt anodyna & emollientes. Cataplasma cum lacte & croco, ad urinæ suppressionem, lac abigendum, & pernicioses laudant.

Internus usus merito suspectus. Noviter tamen Stœrck cum extracto, ex herba recenti facto, in affectibus spasmodicis; convulsivis & melancholico-maniacis experimenta, felici partim cum successu, facere cœpit; grana tria, sex, duodecem & ultra per diem, partitis dosibus, suadendo.

Herba Hyperici, Perforatæ caule rotundo, Hyperici floribus trigynis, caule ancipiti, foliis punctatis obtusis, Linn. Mille-per-tuis, St. Johanneskraut. Provenit circa vias, in dumetis. Col- ligenda cum floribus mense Junio. *Vulnerarium, diureticum & anthel- minticum est egregium; adnumeratur antimagicis.*

Hyssopi, Hyssopi officinarum, spicatae flore cœruleo, Hyssopi spicis secundis, Linn. Hysope, Isop, Ispen, Hyssop. Colitur in hortis. *Est balsamica, incisiva, & multis morbis medetur. In spe- cie ictericis, hydropicis & calculosis prodest; externe ad oculorum sugilla- tiones commendatur.*

Jaceæ tricoloris, Trinitatis, Violæ tricoloris hortensis, Vio- læ caule triquetro diffuso, foliis oblongis incis, stipulis den- tatis, Linn. Pensée, Drenfaltigkeitkraut, Frensamkraut. Non- nunquam sponte occurrit, nascitur etiam in hortis. *Demulcet & refri- gerat, inflammationibus internis opem fert; epilepticis, infantibus præ- cipue, succus vel syrupus inde paratus conferre creditur.*

Ivæ Artheticeæ vide Herba Chamæpytis.

Junci odorati vide Herba Schoenanthi.

Juniperi, Juniperi foliis sessilibus patentibus, Linn. Summi- tates Juniperi, Sommitées de Genevrièr, Wachholder Lymf, Wachholdersprossen. *Juniperus tota est balsamica, antiscorbutica, alexipharmaca & diuretica.*

Lamii, alba linea notati, Lamii C. B. Lamii Plinii, mortui Columnæ, Galeopsidis maculatæ J. B. Milzadellæ vulgo, Lamii foliis cordatis acuminatis ferratis petiolatis, Linn. Archangeli- que, Melisse de montagnes. Apud nos ubique provenit. *Prædica- tur a C. Hoffmanno ad scirrbum lienis.*

Lappæ majoris, Bardanæ, Personatæ, Bardane grande, gros- se Klettenblätter. *Raro in usum veniunt, & externe ad cutis vitia in decoctis adhibentur.*

Lavendulæ angustifoliæ, fœminæ, Lavandulæ foliis lanceo- latis integris, spicis nudis, Linn. Lavande, Lavendel.

Lavendulæ latifoliæ, maris vulgaris, Pseudonardi, quæ vul- go Spica, Aspic, Spick. Coluntur in hortis. Hanc a præcedenti specie non differre, Linnæus asserit. *Viribus conveniunt; raro herba, frequentius flores in usum vocantur. Nervinæ & uterinæ sunt.*

Lauri, sive folia Lauri, Lauri foliis lanceolatis venosis peren- nantibus floribus quatrifidis dioicis, Linn. Feuilles de Laurier, Lorbeerblätter. *Magis in usum vocantur culinarium, quam pharma- ceuticum. Possunt in infusis, scopo diuretico & carminativo, dari.*

Herba

Herba Lauro-cerasi sive Folia Lauro-Cerasi J. B. Cerasi folio laurino, Feuilles de Laurier-Cerise, Kirsch-Lorbeerblätter, vulgo Mandelblätter. Arbor colitur in hortis. Folia, in lacte cocta, saporem ei conciliant Amygdalarum, & spiritum vini super illis abstractum, suavi sapore, Persicorum nucleorum instar, imprægnant. Secundum Linnæum folia hæc feris tantum, sed aliis observantibus etiam hominibus, lethalia sunt; imo aquam inde abstractam deleteriam esse affirmant. Lac est antidotum. Unde lacti incocta nemini nocuerunt.

Lichenis arborei, videatur Herba Pulmonariæ arboreæ.

Lichenis terrestris cinerei, Raj. Musco-fungus terrestris, latifolius, cinereus, hepaticæ facie. Oxon. Lichen foliis planis, subrotundis, lobatis, obtusis, calice plano ovali, lacinula propria adnato. Niveus. Linnæi Fl. Lapp. Celeberrimus Hallerus in opere splendidis. Enum. Plant. Helvet. in agris & pascuis macilentis provenire, terræque valide adhærere scribit. Pulvis cum pipere mixtus, ad morsus canis rabiosi laudatur, vid. Pulv. Antilyssus.

Ligustri vulgaris, Ligustri Germanici, C. B. Phillyreæ, Dod. Ligustri, Linn. Troesne, Hartrigel, Reinweide, Mundholz. Sunt folia fruticis in Germaniæ sylvis ubique obvii. Virtutem habent adstringentem. Usus eorum olim erat frequens in gargarismatibus.

Linariæ vulgaris flore luteo, Oxyridis, Antirrhini foliis lanceolato-linearibus confertis caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis, Linn. Linaire, Reintraut, Hartraut, Stalltraut. Diuretica est, & unguentum, ex illa paratum, hæmorrhoidum dolores sedat.

Lini cataractici, Lini caule dichotomo, foliis ovatis lanceolatis, Lini pratensis, foliis exiguis C. B. Lini foliis oppositis ovato-lanceolatis, petalis acutis, Linn. Lin cathardique, Purgier-Flachs, Klein Reintraut. Floret in pascuis montosis mense Julio & Augusto. Ob vim, quam habet cathartica, ita vocatur; humores serosos satis valide, absque molestia, educit. Sumuntur caulis, folia & capitula exsiccata, atque in pulverem redacta, cum Cremore Tartari, vel in vino infusa. Dosis in substantia drachma dimidia, ad scrupulos duos; in infuso uncia dimidia siccæ plantæ.

Lunariæ racemosæ minoris, Rutæ lunariæ, Osmundæ scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria, Linn. Lunaire, Mondrauten, Mondstraut. In montibus ac collibus herbidis, circa silvam martiam, provenit. Adstringentis saporis est, refrigerat & siccatur, atque inter vulnerarias plantas, & quæ ad superstitionem adhibentur, locum habet.

Lupuli salictarii. Vide Flores Lupuli.

Lysimachiæ luteæ, Lysimachiæ luteæ majoris vulgaris, Lysimachiæ paniculatæ, racemis terminalibus, Linn. Lysimachie

ou Corneille, Weiderich, gelber Weiderich. In silvis, locis humidis, & ad rivos occurrit. *Vulneraria est; raro autem in usum venit medicum.*

Herba *Lyfimachiae purpureae*, floribus spicatis, foliis conjugatis. *Salicariae*. *Lythrum* Linn. *Lyfimachie rouge*, rother Weiderich. *A laxitate ortas dysenterias & diarrhoeas, etiam annosas, expurgatis primum sordibus, curare, nova tentamina comprobarunt, dum drachma una vel scrupuli quatuor pulveris hujus plantae, mane ac sero dantur.*

Majoranae, *Majoranae aestivae*, *Amaraci*, *Sampfuchi*, *Origanifoliis ovatis obtusis, spicis confertis compactis, pubescentibus*, Linn. *Marjolaine*, *Majoran*, *Maseran*. Colitur in hortis. *Balsamica, cephalica, uterina & errbina est planta, nec non aromatica, & in usum venit culinarium.*

Malvae vulgaris, pumilae, silvestris folio rotundo, flore minori, *Mauve*, *Pappeln*, *Raspappeln*, *Hasenpappeln*. Crescit circa sepes & inculta. *Adscribitur herbis emollientibus. Veteres illam in usum culinarium vocabant.*

Mari veri Syriaci, Teucrii foliis ovatis utrinque acutis integerrimis, floribus solitariis spicatim digestis, Linn. *Marum*, *Amberkraut*, *Mastichkraut*. *Thymbrae* est species, & a *Tournefort*. *Thymbra Hispanica, Majoranae folio*, vocatur. Colitur in hortis. *Balsamica est, & inter medicamenta cephalica, ptarmica, diuretica & carminativa excellit. In vitris probe obturatis servari debet.*

Marrubii albi, Prassii, Marrubii denticulis calycinis fetaceis uncinatis, Linn. *Marrube blanc*, *weisser Andorn*. Colitur in hortis; nonnunquam etiam circa rudera sponte nascitur. Colligenda mense Junio. *Calefacit & siccatur; uteri & pectori affectibus dicata est, atque nephriticis & hydropicis commendatur. Ptyalismum mercurialem juvare, Linnæus innuit.*

Marrubii nigri, Ballote dicti, nigri foetidi, Ballotæ foliis cordatis indivisis ferratis, Linn. *Marrube noir*, *puant*, *schwarzer Andorn*. Sponte circa sepes hortorum nascitur. *Commendatur ad hypochondriacos & hystericos affectus.*

Matricariae, Artemisiae tenuifoliae, Parthenii minoris, Matricariae foliis compositis planis: foliolis ovato-incisis, pedunculis ramosis, Linn. *Matricaire*, *Espargoutte*, *Mutterkraut*, *Mettrich*. Colitur in hortis. *Folia & flores simul colliguntur. Ad uteri morbos frigidos, flatulentiam & renum calculum commendatur: tam interne, scilicet in infusis, quam clysteribus adhibetur. Imponitur mammis ad lac discutiendum.*

Matrifilvae, Hepaticae stellatae, Aparine latifolia humilior montana Raj. *Asperulae, foliis octonis lanceolatis, floribus fusciculatis pedunculatis*, Linn. *Muguet de bois*, *Waldmeister*, *Sterns*

Sternleberkraut, Herzfreud. Est *Aparine latifolia humilior montana* Tournefort. Nascitur in silvis. Colligenda mense Majo. *Vulneraria est & hepatis dicata.*

Herba Meliloti, Meliloti vulgaris, Trifolii odorati, Trifolii floribus racemosis, leguminibus nudis dispermis, caule erecto, Linn. Melilot, Steinklee, Honigklee. Ad agrorum margines & inter segetes crescit. Colligenda cum floribus, qui vel albi vel lutei. *Emollit & dolores mitigat. Ad emplastrum ejus nominis requiritur.*

Meliloti cœruleæ, odoratæ, Loti hortensis odoræ, Trifolii spicis oblongis, leguminibus seminudis mucronatis caule erecto, Linn. *Melilot bleu, Siebengezeit, zahmer blauer Steinklee.* Colitur in hortis. *Alexipharmaca, anodyna, diuretica & vulneraria est. Ab Helvetis caseis viridibus, quos Schaabzieger vocant, admiscetur. Flores cœrulei cum herba Rutæ hortensis in butyro cocti, unguentum exhibent opthalmicum, laude dignum.*

Melissæ hortensis, Citratae, Citronellæ, Melissæ floribus ex axillis inferioribus subsessilibus, Linn. *Melisse, Melissen, Mutterkraut, Citronen-Melissen, Bienenkraut.* Colitur in hortis. *Vires habet stomachicas, carminativas, nervinas atque uterinas.*

Melissæ Turcicæ, Peregrinæ folio oblongo, Citraginis Turcicæ, Dracocephali floribus verticillatis, bracteis lanceolatis: ferraturis capillaribus, Linn. *Melisse Turque, Türkische, fremde Melissen.* Colitur in hortis. *Viribus cum antecedente convenit.*

Melissophylli Fuchsii, Lamii montani Melissæ folio, Melissæ humilis latifoliæ, maximo flore, Tournefort. Melittis, Linn. *Melisse sauvage, Wald-Melissen.* Provenit in silvis montosis. Colligenda mense Junio & Julio. *Laudatur tanquam incomparabile remedium ad renum & vesicæ affectus, & in retentione urinæ, quæ non a calculo oritur, feliciter adhibetur.*

Menthæ crispæ, fativæ, rotundifoliæ crispæ, spicatæ, cruciatæ, Menthæ floribus spicatis, foliis cordato-dentatis, undulatis sessilibus, Linn. *Menthe crépue, Beaume, Krauseminz, Kreuzminz.* Colitur in hortis. Colligenda mense Junio & Julio. *Balsamica, stomachica, uterina & carminativa est. Lac in mammis coagulatum superimpositam resolvere perhibent.*

Mercurialis, annuæ, glabræ, vulgaris, Mercurialis caule brachiato, foliis glabris, Linn. *Mercuriale, Bengelkraut, Hundstohl.* Provenit coliturque in hortis & vineis. *Emollit, album movet, & herbis quinque emollientibus adscribitur. Cavendum est: ne Mercurialis caule simplicissimo, foliis scabris, quippe quæ subvenenata est, in usum vocetur. Quamvis & nostram Linnæus pro suspecta habeat.*

Millefolii albi, Achilleæ vulgaris, Achilleæ foliis duplicatopinnatis glabris, laciniis linearibus acute laciniatis, Linn. *Mille-*

feuille, Garbenkraut, Schafgarben, Tausendblatt. Ad viarum & agrorum margines occurrit; floret per æstatem, & colligenda est florescens. *In fluxibus sanguinis compescendis, præcipue affectibus hæmorrhoidalibus convenit, & summo jure ad tonica referri potest. Adscribitur etiam vis alexipharmaca, vulneraria & lithontriptica. Infusum theiforme haud ingratum, etiam phthysicis commendabile. Millefolium in destillatione exhibet oleum cæruleum, sicut Chamomilla.*

Herba Millegranæ, vide Herba Herniariæ.

Morsus Diaboli, Succisæ, Succise, Abbiß, Teufels-Abbiß. Crescit in pratis. *Cum scabiosa convenit, & vulneraria est; raro autem in usum venit, frequentius radix.*

Morsus gallinæ, vide Herba Alfinæ.

Myrti, folia Myrti, Boeticæ silvestris & fativæ, communis Italicæ, Myrti floribus solitariis, calyce fructus diphylo, Linn. Myrte, Myrthenblätter. Myrtus colitur in hortis apud nos; sponte provenit in regionibus calidioribus. *Folia adstringunt, & præprimis masticata, vel decoctum inde paratum, gingivis relaxatis scorbuticorum medentur.*

Napelli, vide Herba Aconiti.

Nasturtii aquatici, supini, Cardamines, Sisymbrii, Sisymbrii aquatici, Sisymbrii foliis pinnatis, foliolis subcordatis, Linn. Cresson d'eau, Brunnen-Kresse, weisser Kresse. Provenit in aquis; colligitur verno tempore. *Incidit, aperit & resolvit; recens in jusculis medicatis, succusque expressus specificè in scorbuto commendantur. Dosis est uncia semis.*

Nepetæ, Menthæ cattariæ, Nepetæ floribus interrupte spicatis pedunculatis, Linn. Herbe aux Chats, Katzen-Münz. Sponte circa margines agrorum, & in incultis provenit. *Commendatur ictericis, asthmaticis, nephriticis, tussientibus, in infuso.*

Nicotianæ majoris, Peti, Tabaci, Hyosciami Peruviani, Nicotianæ foliis lanceolatis, Linn. Tabac, Taback. Nomen ab *Johanne Nicotio*, Regis Galliæ ad Lusitaniæ Regem oratore, qui semen Nicotianæ vulgaris, a Belga quodam, ex Florida allatum, primus in Galliam misit. Colitur in agris & hortis. *Vires habet abstergentes, incidentes, resolventes, anodynas, vulnerarias, vomitorias & sternutatorias; clysteribus additur in affectionibus soporosis. In usum medicum vocari debent folia probe siccata, lutei coloris, non Tabacum jam præparatum & contortum.*

Nummulariæ, Centummorbiæ, Lysimachiae foliis subrotundis, floribus solitariis caule repente, Linn. Nummulaire, Pfennigkraut, Egelfkraut, Schlangenkraut. Provenit in locis humidis & herbosis, mense Majo colligenda. *Antiscorbutica, vulneraria & antiphthysica est.*

Ocymi, vide Herba Basilici.

Herba

Herba Ophioglossi, Echioglossi, Linguæ serpentariæ, Ophioglossi fronde ovata, Linn. *Langue de serpent, Matteredzünglein.* Provenit in pratis & pascuis humidis, montosis. *Egregium est vulnerarium, tam interne exhibitum, quam externe applicitum. A Rajo ad ramices, vel in forma pulveris, vel in decocto exhibitum, laudatur. Oleum, per infusionem paratum, ad vulnera recentia, & ulcera inveterata, nec non ad ramices, valdopere commendatur; præsertim, si Terebinthina addatur.* Parckinson.

Origani Cretici, Origani foliis ovatis acutis glabris: venis scabris, spicis tetragonis, Linn. *Origan de Crete, Cretische Dosten, Cretischer Wohlgemuth, Spanischer Hopfen.* Ex Creta insula advehitur. Eligi debent spicæ recentes odoratæ. *Aperit, resolvit, urinam & menstrua movet.*

Origani vulgaris, silvestris, Cunilæ bubulæ Plinii, Origani foliis ovatis, spicis laxis erectis confertis paniculatis, Linn. *Origan, gemeiner Wohlgemuth, Dosten, Frauendosten.* Nasceitur in dumetis, & amat locos apricos. *Abstergit & aperit, ad pulmonum, hepatis & uteri affectus commendatur; lac augere etiam perhibent. Sacculus, origano repletus, atque cerevisiæ probe lupulatae calefactæ immersus, ad urinam movendam pectini bono cum effectu imponitur.*

Parietariæ majoris, vulgaris, Helxines, Parietariæ foliis lanceolatis ovatis, Linn. *Parietaire, Tag und Nachtkraut, St. Peterskraut, Nachtkraut, Glasakraut.* Colitur apud nos in hortis. *Abstergit, refrigerat, & ad herbas quinque emollientes refertur. Succus expressus, vel infusum saturatum, nephriticis & hæmoptoicis commendari meretur.*

Parthenii, vide Herba Matricariæ.

Pentaphylli lutei, Quinquefolii, *Quinte-feuille, Fünffingerkraut.* Provenit in locis arenosis campestribus. *Vulnerariis & adstringentibus herbis adnumeratur.*

Perfoliatæ, Perfoliatæ vulgaris, annuæ arvensis, Bupleuri involucro universali nullo, foliis perfoliatis, Linn. *Perce-Feuille, Durchwachs.* Colitur in hortis, & nonnunquam sponte inter segetes provenit. *Adstringit & roborat; decoctis vulnerariis additur, & herniosis commendatur.*

Perforatæ, vide Herba Hyperici.

Petroselini vulgaris hortensis, *Persil, Peterlein, Petersilienkraut.* Seritur in hortis. *Aperit & urinam movet; raro in medicum, frequentius in culinarium usum vocatur.*

Pilosellæ montanæ hispidæ, vide Herba Gnaphalii montani, sive Hispidulæ Rivini.

Pilosellæ majoris, repentis hirsutæ, Auriculæ muris, Pilosellæ luteæ, Hieracii foliis integerrimis ovatis, caule repente,

scapo unifloro, Linn. Pilofelle, Oreille de souris, Mausohrlein, gelbe Mausohrlein. Crescit in montosis, aridis & arenosis. Pectoralibus & vulnerariis plantis adscribitur. Decoctum ulceribus sinuosis inveteratis injicitur, atque ad collutiones, in oris, faucium & columella vitii, laudabilem præstat opem.

Herba Pimpinellæ sanguisorbæ, Pimprenelle sanguisorbe, welscher Biebernell, Kölblainskraut, Blutkraut. Nascitur in pratis humidis. Virtute pollet adstringente, diuretica & vulneraria.

Pimpinellæ, Saxifragæ majoris, Bimpinellæ, Pimprenelle saxifrage, Biebernell, Bockspeterlein, Steinpeterlein. Provenit in locis incultis, campestribus. Aperit, abstergit, urinam movet & vulneraria censetur.

Plantaginis angustifoliæ, Quinquenerviæ minoris, Plantaginis foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato, Linn. Plantain long, spiziger Wegerich, Hunde-Nippe. Cum sequente convenit. Succus laudatur ad febres intermittentes.

Plantaginis majoris, latifoliæ, Arnoglossi, Septinerviæ, Plantain majeur, breiter Wegerich. Ubique juxta vias crescit. Refrigerat, siccatur & adstringit; adhibetur in decoctis vulnerariis & gargarismis.

Polii Cretici, montani, angustifolii, Teucrii foliis lanceolato-linearibus integerrimis subsessilibus, floribus solitariis pedunculatis, Linn. Polium de Crete, Cretischer Berg-Poley. Nascitur in Creta insula. Eligenda recens & odorata. Ad Theriacæ compositionem requiritur; urinam & menses movet.

Polii montani lutei, maritimi erecti Monspeliaci, Teucrii corymbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis, Linn. Polium de montagne, Berg-Poley, mit gelber Blüthe. Ex Gallia advehitur, ubi in Provincia, Delphinatu & Languedocia frequenter nascitur. Cum præcedenti ratione virium convenit, & ejus est succedaneum. Sylvius adscribit vim antepilepticam; alii maniacis & noctambulis commendant.

Polygalæ C. B. Ambarvalis, Dod. Polygalæ floribus cristatis racemosis caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari lanceolatis, Linn. Polygale, Kreuz-Blumen. Plantæ hujus, quæ in pratis siccioribus, & ad margines eorum occurrit, quæ huc usque in officinis nostris nondum usi sumus, hic mentionem facimus, propter characterem & eximias virtutes resolventes, quas cum Polygala Virginiana communes habet. Vide Radix Seneka.

Polygoni. Vide Herba Centumnodiæ.

Polytrichi aurei. Vide Herba Adianti aurei.

Potentillæ. Vide Herba Anserinæ.

Prasii. Vide Herba Marrubii albi.

Herba

Herba Prunellæ, Consolidæ minoris, Brunellæ vulgaris, Brunellæ bracteis cordatis, Linn. *Prunelle ou Brunelle, Prunellenkraut, Gottheyl, St. Anthonikraut.* Crescit in montosis & herbosis locis. *Refrigerat & leniter adstringit; celebratur vulneraria & antiscorbutica; adhibetur recens in jusculis, & sicca in decoctis in gargarismis ad faucium inflammationem.*

Ptarmicæ vulgaris, folio ferrato, flore albo, Dracunculi ferrato folio pratensis, Pyrethri germanici, Achilleæ foliis integris minutissime ferratis, Linn. *Ptarmica, wilder Bertram, Beruskraut, weisser spiziger Rheinfarn.* Indigena est; in pratis humidis & fossis crescit. *Naribus indita sternutationem movet; sunt, qui acetariis addunt recentem herbam, ad eorum frigiditatem corrigendam.*

Pulegii hortensis, Pulegii cervini, angustifolii, Menthæ floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, Linn. *Puliot, Poley.* Colitur in hortis. Colligenda mense Junio & Julio. *Aperit, attenuat & ad plantas nervinas refertur; ad tussim fevnam & raucedinem pertinacem, aliosque pectoris & uteri morbos specificè commendatur; præcipue menses imo fætum pellere creditur.*

Pulmonariæ arboreæ, Musci arborei pulmonarii, vocatur etiam Lichen arboreus, Lichenis foliacei repentis laciniati obtusi glabri, supra lacunosi, subtus tomentosi, Linn. *Pulmonaire de chêne, Lungenkraut, gemein Lungenkraut.* In silvis occurrit, & plerumque quercubus aliisve arboribus adnascitur. *Siccatur & adstringit; vulgo ad pulmonum affectiones adhibetur. In Ephem. Nat. Cur. Ann. III. Observ. 290. ad icterum, omnium Medicorum solertiam eludentem, efficax remedium, celebratur.*

Pulmonariæ maculosæ latifoliæ, Symphyti maculosi, Echii folio, Pulmonariæ foliis radicalibus ovato-cordatis, Linn. *Pulmonaire, Flecken-Lungenkraut.* Colitur in hortis; occurrit etiam in silvis, foliis angustioribus. Colligenda Aprili mense. *Usus est in affectibus pulmonum, ulceribus, phthisi & exspuitione sanguinis.*

Pyrolæ rotundifoliæ, Limonii Cordi, Pyrolæ staminibus ascendentibus, pistillis declinatis, Linn. *Pyrole, Wintergrün, Holz- oder Wald-Mangold.* Provenit in montosis silvis. *Refrigerans, adstringens, consolidans & vulneraria est.*

Quercus, Folia Quercus, Quercus foliis annuis oblongis superne latioribus, sinubus acutioribus, angulis obtusis, Linn. *Feuilles de chêne, Eichenlaub.* Quercus ubique occurrit. Colligantur folia tenella. *Adstringunt, & in gargarismis atque decoctis externe adhibentur.*

Rorellæ, Roris solis, folio subrotundo, Droseræ scapis radicatis, foliis orbiculatis, Linn. *Ros solis, ou Herbe de la Goutte, Sonnentau.* In humidis & palustribus inter muscos provenit.

Colligendâ Junio mense. *Abstergit & incidit. Acrimonia quadam dotata est hæc planta, ob quam nonnulli ejus usum disuadent. Maxime ovibus noxia a Rajo censetur, quia pulmones eorum adurit, & tussim lethalem excitat.*

Herba Rorismarini, Libanotidis, Rosmarini lati & angustifolii, *Romarin, Rosmarin.* Colitur in hortis. *Tota planta est balsamica, nervina, cephalica & uterina; interne & externe in usum vocatur. Herba recens, axungia anguillæ infusa, & ad solem digesta, pro remedio habetur ad gravem auditum.*

Rubi vulgaris, Rubi fructu nigro, Rubi foliis quinato-digittatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis, Linn. *Feuilles de Ronce, Brombeer-Laub.* Crescit in silvis & dumetis. *Adstringit & in gargarismis adhibetur.*

Rutæ hortensis, vulgaris, latifoliæ, sativæ, Rutæ foliis decompositis, Linn. *Ruë, Gartenrauten, Weirauten.* Colitur in hortis, & colligitur, dum floret. *Alexipharmaca, cephalica, nervina, uterina & diuretica est. Succus ut anthelminticum & antepilepticum celebratur. Herba, mammis imposita, lac discutit. Olim erat magna contra fascinum & venena laudis.*

Rutæ caprariæ, vide Herba Galegæ.

Rutæ murariæ, vide Herba Adianti albi.

Sabinæ, Savinæ vulgaris, Tamarisci folio, Juniperi foliis inferne adnatis: oppositionibus concatenatis, Linn. *Sabine, Sevenbaum, Sadebaum, Mägdebaum.* Colitur in hortis. *Caesefacit, incidit, discutit, urinam movet; ob vim, menses ciendi, suspectis mulierculis nunquam dari debet; externe decoctum ad gangrænam & ulcera mali moris commendabile est.*

Salicis, folia Salicis vulgaris albæ, *Feuilles de saule, Weidenblätter, Gelbenblätter.* Ubique occurrunt. *Refrigerant, siccant, & adstringunt; usus est externus & in gargarismis.*

Salviæ hortensis, majoris & minoris, Salviæ foliis lanceolato-ovatis crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis, Linn. *Sauge, Salbey.* Colitur in hortis, & florescente planta colligi debet. Vocatur a Paulino: *Herba sacra.* *Est nervina, balsamica, uterina & tam externe, quam interne in usum vocatur. Vinum salviatum a Sebizio commendatur mulieribus, quæ ob frigiditatem uteri infæcundæ sunt. Camphoram largitur.*

Salviæ silvestris, Scorodoniæ, Salviæ agrestis C. B. Teucris foliis cordatis ferratis petiolatis, spicis laxis secundis, Linn. *Sauge sauvage, wilde Salbey.* In pratis & dumetis provenit. *Inter vulnerarias plantas eminet, menses & urinam ciet.*

Sampsuchi, vide Herba Majoranæ.

Herba

Herba Saniculæ, Saniculæ quinquefoliæ, Diapensiæ, *Sanicle*, *Sanicel*, *Bruchkraut*. Nascitur in silvis & montosis. *Refrigerat & adstringit; vulneraria est, & fere omnia decocta vulneraria ingreditur.*

Santolinæ, vide Herba Cupressi seu Abrotani foeminæ.

Saponariæ, majoris, lævis, Lychnidis Saponariæ dictæ, *Saponaire*, *Seiffenkraut*. In arenosis, juxta rivulos & torrentes, nascitur; colligenda mense Junio, dum floret. *Attenuat, aperit & sudorem movet; externus usus in scabie & cutis vitiis commendatur.*

Saturejæ fativæ, hortensis, Cunilæ fativæ, Saturejæ pedunculis bifloris, Linn. *Sariette*, *Saturen*, *Garten-Isop*, *Bohnenkraut*. Nascitur in hortis, & mense Augusto colligenda. *Stomachica, carminativa, diuretica & uterina est. Etiam in usum cedit culinarium.*

Saxifragiæ albæ, vulgaris, rotundifoliæ, radice granulosa, *Saxifrage*, *weisser Steinbrech*, *Steinbrechkraut*. Provenit in pratis & pascuis arenosis humidioribus. Colligenda cum floribus sub finem Aprilis, vel initium Maji. *Usus est in sabulo & calculo renum pellendo.*

Scabiosæ, vulgaris majoris, pratensis, foliis laciniatis, Scabiosæ corollulis quadrifidis, corollis radiatis, Linn. *Scabieuse*, *Scabiosen*, *Apostemkraut*. Crescit in pascuis & ad margines agrorum. Colligitur mense Junio & Julio. *Alexipharmaca, traumatica & pulmonica est, atque a Bærbavio summopere ad pectoris morbos commendatur.*

Scariolæ, vide Herba Endiviæ.

Sclareæ, vide Herba Gallitrichi sive Hormini.

Schoenanti, Junci odorati aromatici, Gramen Orientale aromaticum, panicula ampla, *Schoenant*, *Jonc Oriental odorant*, *Cameelheu*, *Cameelstroh*. Est gramen dactylon aromaticum, multiplici panicula, spicis brevioribus tomentoso-candicantibus, ex eodem pediculo binis, *Pluckenettii*. *Andropogon paniculæ spicis conjugatis ovatis. Linn.* Affertur ex Arabia. Eligendum spica non orbarum, & quod est saporis acris, amaricantis & suavis, odoris fragrantis. *Calefacit, subadstringit & discutit, urinam & menses ciet, capiti & ventriculo gratum est; purgantibus tanquam corrigens addi solet, & ad Theriacæ compositionem requiritur.*

Scolopendrii veri, vide Herba Ceterach.

Scolopendrii vulgaris, majoris, Lonchitidis, Linguae cervinæ, Phyllitidis, Asplenii, frondibus ensiformibus integris, basi cordato-inflexis, petiolis hirsutis, Linn. *Langue de cerf*, *Hirschzungen*. Colitur apud nos in hortis; sponte provenit in rupibus Tirolis & Helvetiæ. *Pertinet ad herbas quinque capillares, & easdem habet virtutes. Pulvis herbæ exsiccatae ad palpitationem cordis, suffocationem*

nem uteri, & motus convulsivos specificè a Rajo commendatur. Vulneraria & antiscorbutica est planta.

Herba Scordii Cretici, Scordium de Crete, Cretischer Lachen-Knoblauch. Ex Creta insula advehitur. Eligenda recens, foliacea, odorata, redolens Allium, saporis amaricantis.

Scordii nostratis, Chamædryos aquaticæ, allium redolentis, palustris, Teucris foliis ovato-lanceolatis sessilibus, floribus subbiatis, Linn. *Germandrée d'eau, Scordium, Lachen-Wasser-Knoblauch, Wasser-Bathenig.* Nascitur in palustribus. Colligenda mense Junio & Julio. *Alexipharmacum, sudoriferum, pectorale & anthelminticum medicamentum est, & præcedenti Cretico substitui solet in Theriacæ compositione.*

Scrophulariæ aquaticæ, vulgaris, nodosæ foetidæ C. B. *Scrophulaire, Scordium, Brauntwurz, Feigwarzenkraut.* Floret Junio, & in palustribus, & fluviorum ripis provenit. Colliguntur folia, florescente planta, atque in umbra per decem vel duodecim dies siccantur, & tandem per aliquot horas soli exponuntur. *Virtute gaudent vulneraria, tam externe, quam interne in usum vocata. Ad odorem & nauseosum saporem Sennæ corrigendum commendantur, & Yquetayæ Brasiliensi substituuntur. Vide infra: Folia Sennæ.*

Scrophulariæ minoris, Chelidonii minoris, Ranunculi verni, rotundifolii minoris, Raj. *Petite Chelidoine, Scharbocks-Kraut, klein Schöllkraut.* Nascitur in humidis. Colligenda Majo. *Ad plantas antiscorbuticas refertur, & cum reliquis antiscorbuticis plantis recens, siccata vero, utpote virtute fere orbata, raro in usum venit.*

Sedi, Vermicularis flore flavo, Sedi, foliis subovatis adnato sessilibus gibbis erectiusculis alternis, racemo triplici, Linn. *Sedum ou Cedon, Mauer-Pfeffer, Ragen-Träublein, klein Hauswurz.* Ex parietibus & muris vinearum & rudierum nascitur. *Saporem acrem fervidum præbet, & pro specifico antiscorbutico habetur.*

Senecionis, Erigeri vulgaris, Senecionis corollis nudis, foliis pinnato-finuatis amplexicaulibus, floribus sparsis, Linn. *Senecion, Kreuzwurz, Grindwurz-Kraut, nostris Goldkraut.* In hortis, arvis & inter olera occurrit, atque omni anni tempore floret. Colligenda est ante florum pappescentiam. *Maxime efficax est, atque scorbuticis, arthriticis, ictericis, vulgo etiam ad convulsiones & tormina infantum succus expressus commendatur.*

Sennæ, Folia Sennæ Alexandrinæ, Cassiæ foliolis tripennibus quadripinnibusque subovatis, Linn. *Sené, Feuilles de Sené, Sennetblätter.* In Syria, Persia, Arabia & Ægypto colitur Senna. Optima censentur folia acuta, quæ ex Alexandria advehuntur, coloris sunt pallido-vel flavo-viridescens, saporis subacris, amaricantis, nauseosi, recentia & a stipticibus liberata. Italicæ Sennæ folia sunt latiora & obtusiora, saporis magis subdulcis & glutinosi, atque vilioris pretii & vir-

virtutis. In classem purgantium usitatissimorum pertinent. Flatulentiam excitare solent; hanc ob causam Zinziberis, Galangæ & Cinnamomi additione corrigi debent. Nauseoso vero sapore, per additionem portionis æqualis foliorum Scrophulariæ aquaticæ, orbantur, sicut experimentum fecit Dn. Marchantius. Eph. Acad. Reg. Paris. 1701. Dosis in substantia drachma una; in infuso ad quatuor, usque sex, ascendere licet; per longam coctionem virtute privantur laxativa; præstat igitur, aqua infundere bullientè, & infusum post digestionem exhibere. Huc etiam pertinent

Sennæ Folliculi, *Follicules ou Ecoffes de Sené*, *Sennetbälglein*. Sunt capsulæ sive filiquæ seminales Sennæ sulcatæ, recurvæ, semilunares, compressæ, continentes semina nigricantia. Nonnulli eos foliis præferre volunt; sed experientia docet, magis flatulentos esse, quam folia.

Herba Serpilli vulgaris, minoris, Serpilli silvestris repentis, Thymi floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basilicatis, Linn. *Serpolet*, *Quendel*, *Feld-Poley*, *Rünlein*. Crescit in siccioribus, montosis & sabulosis. Colligenda, dum floret, Junio vel Julio. *Cephalica, stomachica, diuretica & uterina est planta, atque tam externè, quam internè, in usum vocari potest. Urinam & sudorem movet; usus in infuso, Theæ instar, est. Externe ad cucuphas, pediluvia, gargarismata & fomentationem adbibetur.*

Sideritidis, hirsutæ, procumbentis, Sideritidis foliis lanceolatis subdentatis, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus æqualibus, Linn. *Crapaudine*, *Gliedkraut*, *Wundkraut*, *Feld-Andorn*, *Beruf-oder Beschreykraut*. In agris siccioribus, sabulosis apricis provenit. *Vulneraria & arthritica est; subadstringit & urinam movet. Balnea ex aqua, in qua Sideritis cocta, mulieres ad infantum atrophiam, ab incantatione putatitia ortam, commendare solent, unde nomen Beruf-oder Beschreykraut.*

Solani, Solatri nigri, Solani caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis, Linn. *Morelle*, *Nachtschatten oder Saukraut*. Circa sepes & inter olera nascitur. Colligitur, dum floret. *Refrigerat & anodyna est. Nunquam internè, raro externè in usum vocatur.*

Soldanellæ, Brassicæ marinæ, Convolvuli marini rotundifolii, Convolvuli foliis reniformibus, Linn. *Chou marin*, *Meerföhl*, *Meerwinde*, *Meerglöcklein*. Per terram suas spargit viticulas, ex quibus folia prodeunt subrotunda, retusis alis prædita, latiora, quam longa, *Chelidoni minoris* similia, crassiuscula, liquore lacteo manantia, pediculis longis innixa; flos magnus, purpureus, quadrantalis fere, campanulatus. Crescit in maritimis Galliæ, Angliæ & Italiæ. *Planta est in totum ventriculo inimica, acris; vehementissime alvum ciet. Coquitur, propter acrimoniam, cum pingui carnis jusculo; Valide serum educit; hinc Altomarus, Medicus ille celebris, usum Soldanellæ disuadet, atque potius noxam inferre, quam auxilium hydropicis præstare perhibet. Raj. in Hist. Plantar. Dari solet in pulvere drachma una, in infuso vel decocto uncia semis.*

Herba Squinanti, vide Herba Schoenanti.

Stramonii, Solani Maniaci Diosc. Solani foetidi, pomo spinoso oblongo, flore albo, C. B. Daturæ fructu spinoso erecto, calyce pentagono, Linn. *Pomme épineuse*, *Stechapfel*. Crescit in incultis. *Planta hæc semper pro venenata habita, solo odore inebriare & mentem turbare credita est. Ill. Stærkius, capto in se ipso experimento, non adeo deleteriam invenit, & postea diversis institutis tentaminibus, eos, quos inducere perhibebatur morbos, maniam scilicet & epilepsiam, extracto inde parato, curasse sibi persuasit.*

Tamarisci, germanicæ, filvestris, fruticosæ, Tamaricis floribus decandris, Linn. *Tamaris*, *Tamariskentraut*, *Porst*. Juxta Rhenum & Danubium fluvios provenit copiose; nascitur etiam in Gallia Narbonensi. *Adstringit & refrigerat; raro tamen in usum venit, frequentius vero cortices.*

Tanaceti vulgaris, lutei, Athanasicæ, Tanaceti foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis ferratis, Linn. *Tanesie*, *Rheinfarn*, *Wurmfaru*. Crescit circa fossas, ad agrorum margines, aliaque sabulosa loca. Colligenda mense Junio & Julio. *Anthelmintica, nephritica, vulneraria & uterina est. Externe ad scabiem & lentiginem decoctum commendatur.*

Taraxaci, Dentis Leonis, *Dent de Lion*, *ou Pissenlit*, *Löwenzahn*, *Pfaffenröhrlein*. In hortis & pascuis crescit. *Censetur alexipharmaca, pectoralis & hepatica. Aqua destillata inter antipleuriticas numeratur.*

Theæ, The Sinensium, Tsiæ Japonensium, Thee Indorum, *Thée*, *Thee*. Colitur in regno Japonico & China. Planta est Evonymo affinis, nucifera, flore roseo. Frutex ultra orgyæ altitudinem raro exurgens, vestitur foliis carnosissimis, furculos perenni, nisi decerpantur, vigore inordinate singulatim occupantibus, foliis *cerasi fructu acido* similibus. Flores sunt Rosæ silvestris facie, remisse fragrantés, albi, hexapetali, cum numerosis staminibus. Fructus monococcus, bicoccus & ut plurimum tricoccus, concretus ex globulosis capitulis, Pruni silvestris magnitudine, nucula fere globosa foetis. Florum & fructuum nullus est usus. Decerpuntur prima collectione folia nobilissima, tenella & nondum explicata, quæ rara & etiam in patria valde cara sunt, atque *Thea casarea*, nec non *flos Theæ* appellari solent. Secunda collectione folia integra explicata, cum semi-explicatis decerpuntur, atque secundum bonitatem ac magnitudinem in classes seliguntur. Messim claudit tertia collectio, folia rigidiora perfecta largiens. Post collectionem folia Thee præparantur, atque recens decerpta super lamina ferrea torrentur, tostâ & adhuc ferventia volis manuumvolvuntur, donec crispa evadant. Duæ species Theæ maxime familiares nobis notæ sunt, prior *Thee Bobe*, *Thee Bou*, *Thee rubrum*, rother *Thee*, posterior *Thee viride*, ad quam etiam *Thee imperiale* refertur, appellatur. Dubium adhuc est, utrum ex eadem, an vero ex specie diversis fruticibus decerpantur *Thee Bou* & *Thee viride*. *Omnes Theæ species magis vel minus*

minus adstringunt, vividem rubra tamen sapore adstringente plerumque antecellit. Grata fere omnibus est medicina infusum Theæ & vere polychresta; multum tamen aquæ calenti adscribendum esse persuasi sumus. Optima Thea censetur, cujus folia parva tenella, atque in apicibus alba, incana vel lanuginosa sunt, quæ leviter adstringunt, & odoris atque saporis grati deprehenduntur. Thea viridis aquam, in qua infusa est, viridiusculo colore, & odore violaceo, vel fœni recentis instar, imprægnare debet.

Herba Thymi Cretici, Thymi albi capitati veri, Saturejæ floribus spicatis, foliis carinatis punctatis ciliatis, Linn. *Thym de Crete, Cretischer Thymian.* Provenit in Creta insula, & aliis regionibus calidioribus. *Eligenda odorata aromatica, capitulis integris.*

Thymi vulgaris, folio tenuiore cineritio, rigidi, Thymi erecti, foliis ovatis, margine reflexis, floribus verticillato-spicatis, Linn. *Thym vulgaire, a feuille menue, Thymian.* Colitur in hortis. Colligenda mense Junio. *Carminativas, anticatarrales & nervinas habet vires. Non solum in usum cedit medicum, sed & culinarium. Est succedaneum prioris sive Cretici, utpote qui vulgari præstantior est, si modo debitas bonitatis notas habet.*

Tormentillæ, Septifolii, *Tormentille, Tormentill, Blutwurze Kraut, Siebenfinger-Kraut.* *Raro in usum, nisi in decoctis vulnerariis, venit.*

Trichomanis. Vide Herba Adianti aurei.

Trifolii fibrini, aquatici, palustris, Menyanthes foliis ternatis, Linn. Limonium Cord. Acopa Dioscorid. Boerh. H. L. Menyanthes palustre triphyllum Raj. *Treffle de Castor, Menyanthe, Bieberklee, Bitterklee, Wasserklee, Scharbocksklee.* Nascitur in aquis stagnantibus & paludosis. Colligenda mense Majo vel Junio. *Aperit, incidit & roborat. Excellens est antiscorbuticum, antarthriticum, antasthmaticum, antibypochondriacum & antifebrile. Externe etiam, scopo mundificandi, ad ulcera tibiæ succus, vel decoctum herbæ conducit. Rajus ad ovium tabem commendat.*

Trifolii pratensis, purpurei, vulgaris, majoris, Trifolii spicis subvillosis, cinctis stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis, Linn. *Treffle des prés, Wiesenklee.* Ubique provenit in pratis herbidis. Colligenda, dum floret. *Vulneraria censetur, & albo fluori conferre, ob vim balsamicam & subadstringentem, creditur.*

Tussilaginis, vide Herba Farfaræ.

Verbasci, flore luteo; maris latifolii lutei, Bauh. Pin. Thapsi barbati, Verbasci foliis utrinque tomentosiss decurrentibus, Linn. *Bouillon blanc, Molene, Bonhomme, Bullkraut, Himmelbrand, Königsferzen.* Juxta agrorum margines, aggeres & scrobes nascitur. Folia colligenda sunt Junio mense. *Prodest interne sumtum, in morbis pectoris, tussi, sputo cruento, & torminibus ventris. A veterinariis Anglis, in affectibus pulmonum vaccarum & jumentorum,*

adhibetur, atque Pulmonaria vaccarum appellatur. Raj. Hist. plant. Externe adhibitum emollit, discutit & dolores mitigat, atque in lacte coctum ad hæmorrhoidum dolores, tenesmum & ani procidentiam commendatur.

Herba Verbenæ vulgaris, maris, flore cœruleo, Verbenæ spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, Linn. Verveine, Eisenkraut, Taubenkraut, Eisenhart. Nascitur juxta sepes & muros, aliosve locos incultos. Colligenda mensibus æstivis. *Adstringit, refrigerat, vulneraria & anodyna est.*

Veronicæ majoris, vulgaris serpentis, Veronicæ spicis pedunculatis lateralibus, caule procumbente, Linn. Veronique, Ehrenpreis, Heyl aller Schäden, Wundkraut. Nascitur in pacuis ac silvis recens cæsis, siccioribus. Colligenda mense Majo & Junio. *Inter vulnerarias plantas eminet; diuretica, sudorifera, pectoralis & roborans est. Succum ad uncias duas de die potum, Podagræ mederi Bœrhavius asserit.*

Vincæ per vincæ, Clématitidis Daphnoidis, Vincæ foliis ovatis, Linn. Pervenche, Wintergrün, Singrün, Ingrün. Provenit in silvis. Colligenda Majo & Junio. *Ob vim, quam habet, leniter adstringentem, vulnerariis adscribitur, atque in fluxionibus sanguinis commendatur.*

Violariæ, Violæ acaulis, stolonibus teretibus reptantibus pedunculis radicatis, Linn. Violette, Violakraut, Beylkrut, Merzen-Violakraut. Juxta sepes, in dumetis & hortis provenit. *Ad herbas quinque emollientes refertur.*

Vitis, Folia Vitis, Feuilles de Vignes, Weinlaub, Weintrauben-Blätter. Colligenda sunt mense Augusto. *Adstringunt & refrigerant, atque in gargarismis adhiberi solent.*

Virgæ aureæ. Vide Herba consolidæ Saracenicæ.

Urticæ urentis, vulgaris, racemiferæ, Ortie commune, Brennesseln. Ad sepes & rudera crescit. *Diuretica est, ad mictum cruentum specificè & hæmorrhagias omnis generis commendatur. Cicutæ & Hyoscyamo adversatur.*

Urticæ mortuæ, inertis, Galeopsidis, Lamii flore albo, Lamii foliis cordatis acuminatis ferratis petiolatis, Linn. Ortie blanche ou morte, weisse, todte Nessel. Ad sepes hortorum occurrit. Colligitur, dum floret, mense Aprili & Majo. *Commendatur specificè ad fluorem album & scrophulas.*

Uvæ ursi, Arbuti caulibus procumbentibus, foliis integerrimis, Linn. Arbousier, Bärentraube, Wolfsbeere, Sandbeere. In montibus, collibus & ericetis Sueciæ, Norwegiæ, Russiæ, Austriæ, Styriæ, Carniolæ, Helvetiæ, Italiæ, Hispaniæ, Gallo-Provinciæ &c. crescit. *Folia hujus plantæ nostris demum temporibus officinis illata, in suppressione urinæ & doloribus renum atque vesicæ, a calculo & coacervata materia*

materia sabulosa ortis, tanquam insigne atque specificum remedium commendantur. Qua virtute autem miracula sua præstet, in ambiguo est. Si qualitates requiris manifestas, præter adstringentem, quam gustus detegit, invenies nullam. Forsitan hæc sufficit. Dosis est a scrupulo semis ad drachmam semis.

Herba Uvulariæ, Hypoglossi, Bislinguæ, Bonifaciæ, Lauri Alexandrinæ, Rusci latifolii fructu folio innascente, Tournefort. Rusci foliis subtus floriferis subfoliolo, Linn. Uvulaire, Zäpfleintraut, Zungentraut, Nehlblatt. Colitur in hortis; sponte provenit in Gallia & Italia in montosis. *Travmatica est, adstringit, & decoctum in affectibus uvulæ, ex nimia humiditate & laxitate ortis, pro gargarismatibus adhibetur.*

CAPUT III.

DE FLORIBUS.

Flores Acaciæ Germanicæ, Pruni silvestris, Pruni spinosæ foliolis lanceolatis, Linn. *Fleurs de prunier sauvage, Schlehenblüth.* In sepibus occurrit Acacia. Floret mense Aprili. Flores colligendi sereno cælo. *Laxant alvum, serum & sabulum renum educunt; inter anthelminthica & antepileptica numerantur.*

Anethi hortensis, *Fleurs d'Anet, Dillenblumen, Dillenblüth.* Sunt in umbellam congesti. Colligantur Julio. *Anodynæ & carminativæ sunt; usus est in enematibus.*

Anthos, Rorismarini, Libanotidis, *Fleurs de Romarin, Rosmarinblüthe.* Colliguntur Majo & Junio. Vix apud nos sufficienti habentur quantitate; hinc afferuntur ex calidioribus regionibus. Eligendi odorati, recentes. *Cephalici, nervini & uterini sunt.*

Aquilegiæ, *Fleurs d'Ancolie, Ackeley, Agelen, Glockenblumen.* Nascitur Aquilegia in hortis; nonnunquam sponte occurrit in silvis. Flores reperiuntur diversi coloris; eligendi cœrulei. *Antiscorbutici sunt, urinam & menses ciant, vulnerariis adnumerantur; in gargarismis etiam adhibentur.*

Arniciæ. Vide Herba & Radices; cum quibus conveniunt, mitius tamen agunt.

Aurantiorum, Citri petiolis alatis, Linn. Naphæ, *Fleurs d'Orange, Pomeranzenblüth.* Coluntur in hortis. Sicci raro, recentes ad aquam destillandam expetuntur. *Sunt alexipharmaci & cordiales.*

Balaustiorum, Balaustiæ, Mali punicæ silvestris, flore pleno majori, Punicæ, Linn. *Fleurs Balaustes, Granatenblüthe.* Coluntur in hortis, & ex regionibus calidioribus advehuntur. *Valde adstringunt & refrigerant; ad uvulæ laxitatem in gargarismis conducunt. Ex petalis rubris, abjectis calycibus, pulverem rubrum sternutatorium parare solent.*

Flores Basilici, Ocymi, Fleurs de Basilic, Basilgenblumen. In officinis prostant summitates herbæ cum floribus. *Virtutibus balsamicis, nervinis & uterinis conveniunt cum herba.*

Bellidis minoris, silvestris, Fleurs de petite Marguerite, de Paquerette, Gänseblumen, Ungerblumen. Florent primo vere in pratis & aggeribus. *Cum herba conveniunt. Refrigerant, & pectori, renibus, hepaticis sunt amici.*

Bellidis hortensis, Bellidis rubræ, Fleurs de Marguerite rouge, rothe Maslieben, Margarethen-Blumen. *Virtutes eadem ac prioris, & præcipue ad Tincturam requiruntur.*

Betonicæ, Bethonicæ purpureæ, Fleurs de Betoine, Bethonienblüth. Junio & Julio colliguntur; plerumque spicæ florescentes tantum, & non flores excerpti in usum trahuntur. *Cæterum cum herba conveniunt, & ad conservam expetuntur.*

Borraginis, Buglossi veri latifolii, Fleurs de Bourrache, Borrangenblumen. Mense Julio & Augusto colliguntur. *Adscribitur illis vis cordialis & antimelancholica, atque floribus quatuor cordialibus adnumerantur.*

Buglossi angustifolii, Fleurs de Buglosse, Schsenzungenblüthe. Junio & Julio florent. *Cum Borraginis floribus conveniunt, & pariter ad flores quatuor cordiales pertinent.*

Calcatrippæ, Consolidæ regalis, Delphinii, Delphinii caule subdiviso, nectariis monophyllis, Linn. Fleurs de pied d'alouette, Ritterspornblumen, Lerchenflauenblumen. Sponte inter segetesveniunt; coluntur etiam in hortis. *Silvestres cœrulei in usum vocantur. Ophthalmici, diuretici, & vulnerarii sunt. Nonnullis tamen usus internus, ob vicinitatem, quam cum Aconito Calcatrippa habet, suspectus est. In Ophthalmia flores in sacculis, vel decoctum eorum externe applicantur.*

Calendulæ, Calthæ fativæ, Verrucariæ, Calendulæ seminibus radii cymbiformibus echinatis, disci bicornibus, Linn. Fleurs de Soucy, Ringelblumen, Goldblumen. Coluntur in hortis. *Per totam ætatem florent. Censentur cardiaci, uterini & alexipharmaci; suffitum a parturientibus, vagina exceptum, partum promovere ajunt.*

Carthami, Cnici fativi, Carthami foliis ovatis integris ferrato-aculeatis, Linn. Fleurs de Carthame, ou de Safran bâtard, wilder Safran, Saflohr. Coluntur in hortis & agris. *Florent Julio & Augusto. Alvum emolliunt, & ictericis commendantur. Usus præcipuus est ad tingendum.*

Centaurii minoris. Vide Herbæ.

Chamomillæ seu Chamæmeli Romani, Leucanthemi odorati, multiplici flore, Matricariæ receptaculis conicis, radiis deflexis, seminibus nudis, squamis calicinis, margine æqualibus, Linn. Fleurs de Camomille Romaine, Römische Chamillen, Edle Chamillen.

millen. Coluntur apud nos in hortis. *Sunt carminativi, stomachici, anodynii & diuretici. Infusum theiforme ad dolores post partum commendabile est.*

Flores Chamomillæ, seu Chamæmeli vulgaris, silvestris, Matricariæ receptaculis hemisphæricis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis, margine obsolete, Linn. *Fleurs de Camomille des Champs, Chamillen, gemeine Chamillen.* In segetibus mense Junio & Julio luxuriant; singulis annis colligendi. *Gaudent virtute tonica, carminativa, anodyna & antifebrili. Externe in sacculis discutiendi & in cataplasmatibus resolvendi gratia adhibetur.*

Cheiri, Keyri, Levcoji lutei, Cheiranthi foliis lanceolatis acutis glabris, Linn. *Fleurs de Giroflée jaune, gelbe Biolen.* Primo vere florent; coluntur in hortis. *Ad icterum & uteri vitia commendantur.*

Cichorii, *Fleurs de Chicorée, Wegwartenblumen.* In campestribus & circa vias publicas proveniunt. *Hepati dicati sunt, & conserva ex floribus, non ex herba, parari debet.*

Consolidæ regalis. Vide Flores Calcatrippæ.

Cyani cœrulei, Baptifeculæ, Centauræ calycibus ferratis, foliis linearibus: infimis dentatis, superioribus integerrimis, Linn. *Fleurs de Bluet, blaue Kornblumen.* Florent inter segetes Junio. Colligendi sicca & serena tempestate, & celeriter inter chartam, fornacis calore, ne palleant, siccandi. *Diuretici sunt; externe aqua destillata & flores ipsi in sacculis ad ophthalmiam commendantur.*

Farfaræ, Tussilaginis, *Fleurs de Tussilage, Huflattich, Rosshubblumen.* Primo vere ante herbam proveniunt, & hanc ob causam planta *Filius ante patrem* vocatur. *Pectorales sunt; in decoctis exhibentur, & eorundem syrupus atque conserva in officinis prostant.*

Galeopsidis. Vide Urticæ.

Genistæ, Cytiso-genistæ, flore luteo, Genistæ scopariæ angulosæ, Genistæ foliis lanceolatis, ramis teretibus striatis, Linn. *Fleurs de Genet, Ginster-Pfriemenkraut-Blumen, Rünschotten.* Copiose proveniunt in arenosis, montosis, incultis. Mensibus Majo & Junio colliguntur. *Vires splenetica, nephritica, antiscorbutica & diuretica illis tribuuntur. In substantia vomitus excitant, in decoctis alvum laxant.*

Granatorum. Vide Flores Balauftiorum.

Hepaticæ nobilis, *Fleurs d'Hepatique noble, Edel-Leberkraut-Blütthe.* In silvis proveniunt & primo vere colliguntur. Sicut flores Cyani colligi & siccari debent. *Conveniunt cum herba, & ad conservam requiruntur.*

Hyperici, Perforatæ, *Fleurs de Millepertuis, Johannes-Blumen, Harthheu-Blumen.* Junio & Julio colliguntur. *Vulnerarii & anthelmintici sunt. Odorem contriti spirant terebinthinaceum, spiritum vini & oleum colore carmesino-rubro inficiunt.*

Flores Lavendulæ foeminæ, angustifoliæ, *Fleurs de Lavande*, *Lavendel-Blumen*. Coluntur in hortis. Vigent mense Junio & Julio. *Cephalicæ & nervinæ sunt, atque pro odoramentis & cucuphis expetuntur.*

Liliorum alborum, Liliorum foliolis sparsis, corollis campanulatis, intus glabris, Linn. *Fleurs des Lis blancs*, *weisse Liliensblätter*. Coluntur in hortis. Flores colligi possunt Julio & Augusto. *Anodynæ sunt; digerunt, humectant & maturant, cuticulam curant; sicci vero raro in usum veniunt. Antheras sive apices luteos liliorum, menstrua & fœtum pellere, nonnulli perhibent.*

Liliorum convallium, Convallariæ scapo nudo, Linn. *Fleurs de Muguet*, *Mayenblumen*. Florent Majo in silvis. *Cephalici sunt, & contra morbos frigidos capitis adhibentur. In substantia assumpti alvum movent; præstat igitur scopis confortandi aquam adhibere ex illis destillatam. Errhinam etiam habent virtutem, & pulveribus sternutatoriis adduntur.*

Linariæ. Vide Herba.

Lupuli salictarii, Humuli, Linn. *Fleurs de Houblon*, *Hopfen*. Sunt folliculi squamosi, vel capsulæ foliaceæ, strobilorum instar, molles, quæ semina continent parva, & potius fructus, quam flores appellari deberent. Lupulus sponte provenit; copiose vero etiam colitur. Planta est scandens. *Præcipuus usus Lupuli est ad cereviasias condiendas; in medicina vero medicamentum anodinum, discutiens, resolvens, calculum, urinam & menstrua pellens, præbet; externe contusionibus & tumoribus auxiliatur.*

Malvæ arboreæ, hortensis, hyemalis, Alceæ foliis sinuato-angulatis, Linn. *Fleurs de Mauve de jardin*, *grosse Pappeln*, *Herbst-Rosen*, *Winter-Rosen*. Coluntur in hortis. Flores colliguntur mensibus Augusto, Septembri & Octobri. Eligendi, qui colore sunt fusco-purpurei. *Emolliunt, & ob visciditatem præbent anodinum in faucium inflammatione. Usus est in gargarismis.*

Meliloti, *Fleurs de Melilot*, *Steinklee-Blumen*. *Infusum florum Meliloti, ad partum facilitandum, dolores post partum, & nephritidem commendatur. Usus eorum etiam in clysteribus est.*

Nymphææ albæ, Nymphææ foliis integerrimis cordatis, calyce tetraphyllo, corolla multiplici, Linn. *Fleurs de Nymphée blanche*, *de Nennuphar blanc*, *weisse Seeblumen*. Nascuntur in stagnis; florent mense Julio. *Refrigerant, humectant, & ad maniam & satyriasmum commendantur.*

Origani, sunt summitates. Vide Herbæ.

Papaveris erratici, Rhœadis silvestris, Papaveris caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, capsulis lævibus, Linn. *Fleurs de Coquelicot*, *ou de Pavot rouge*, *Kornrosen*, *Klapperrosen*, *Schnallenblumen*. Proveniunt inter segetes. Colliguntur mense Junio & Julio. *Anodynæ sunt, & præcipue in catarrhis acribus, salsis & pleuritide conducunt, atque ob mucilaginem leniunt & mulcent.*

Flores

Flores Persicorum, Mali Persicæ, Amygdali foliorum ferraturis omnibus acutis, Linn. *Fleurs de pêcher, Pfersich-Blüth.* Florent mense Aprili; coluntur in hortis & vineis. *Alvum laxant, serum educunt, & vermes necant. Parantur inde syrupus & conserva.*

Pœoniæ, *Fleurs de Pivoine, Sichtrosen.* Coluntur in hortis. Colliguntur mense Majo. *Conveniunt virtutibus cum radicibus, & antiepileptici creduntur. Raro flores, sæpius syrupus ex illis paratus adhibentur.*

Primulæ veris, flore odorato, Paralyseos, Verbasculi pratensis odorati, C. B. Primulæ foliis denticulatis rugosis, limbo-collorum concavo, Linn. *Fleurs de Primevère, Schlüsselblumen, Himmelschlüssel, St. Petersschlüssel.* Ubique in pratis verno tempore proveniunt. *Censentur nervini, antiepileptici, anodynii & pectorales.*

Rosarum albarum, Rosæ albæ vulgaris majoris, *Fleurs de Roses blanches, weiße Rosen.* Coluntur in hortis, & mense Junio florent. *Ad oculorum inflammationes & fluorem album mulierum commendari solent.*

Rosarum pallidarum, *Fleurs de Roses pâles, bleiche Rosen, Ulmer-Rosen.* Etiam in hortis coluntur, & eodem tempore florent. *Alvum laxant, biliosis & hydropicis profunt.*

Rosarum rubrarum, vulgarium, *Fleurs de Roses rouges, Zucker-Rosen, rothe Rosen.* Colliguntur eodem tempore, quo præcedentes. *Omnes Rosarum species vim quandam habent subadstringentem; hæc vero paulo magis, quam præcedentes. Sunt simul roborantes, analepticæ & cordiales. Floribus adnumerantur quatuor cordialibus. Usus est varius, tam internus, quam externus.*

Rosarum finarum, intense rubrarum, flore simplici sericeo, *Fleurs de Roses de Provins, Knopf-Rosen, feine Rosen, Esig-Rosen.* Coluntur in hortis. Colliguntur, dum nondum sunt apertæ, atque abscissis unguibus albis celeriter siccantur. *Vi adstringente, omnibus reliquis Rosarum speciebus, præcellunt, in reliquis conveniunt. Requiritur præcipue ad Tincturam & Acetum. Linnæus omnes Rosas officinales sub una eademque specie, Rosæ caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus semipinnatis, comprehendit.*

Salviæ hortensis, *Fleurs de Sauge, Salbey-Blüthe.* Colliguntur per æstatem, & in primis mense Julio. *Virtutibus balsamicis & nervinis cum herba conveniunt.*

Sambuci, Sambuci caule arboreo ramoso, floribus umbellatis, Linn. *Fleurs de Sureau, Hollunderblüthe.* Ubique occurrit Sambucus arbor, & circa rudera, muros & sepes nascitur. Floret mense Junio. *Flores discutunt, emolliunt, resolvunt, lac augent, dolores mitigant, sudorem movent; infusum Theæ loco, senibus præsertim, ad cruentum sputum & tussim pertinacem, commendatur.*

Saxifragiæ, vide Herbæ.

Flores Scabiosæ, *Fleurs de Scabieuse*, *Scabiosen-Blumen*, *Apostem-
kraut-Blüthe*. Cum herba conveniunt, & imprimis ad conservam expe-
tuntur.

Spicæ Celticæ &

Spicæ Indicæ, vide Radices.

Spicæ hortensis, *Lavendulæ latifoliæ*, *Pseudonardi*, *Fleurs
de Spic*, *ou de Nard commun*, *Spick*. Coluntur in hortis; in Hispa-
nia & Gallia Narbonensi sponte proveniunt. Colliguntur mense Junio &
Julio. *Adscribitur vis cephalica, nervina atque uterina, & tam externe,
quam interne in usum vocantur.*

Stœchadis Arabicæ, *Stœchadis purpureæ*, C. B. *Lavendulæ
foliis lanceolato-linearibus*, spica comosa, Linn. *Fleurs de Stœ-
chas Arabique*, *Stœchas-Blumen*, *welscher Lavendel*. Advehitur
ex Gallia, Italia & aliis calidioribus regionibus. *Eligendæ Spicæ integræ,
odoratæ, recentes. Nervina, pulmonica, diuretica, uterina & carmina-
tiva gaudent virtute.*

Stœchadis citrinæ, *Germanicæ*, *Amaranthi lutei*, *Elichrysi*,
*Gnaphalii foliis lanceolatis: inferioribus obtusis, caule herba-
ceo simplicissimo, corymbo terminali composito*, Linn. *Fleurs
de Stœchas citrin*, *de Passevelours*, *Rheinblumen*, *Winterblumen*,
Schaben-Motten-Kraut. Sunt species Elichrysi; proveniunt in lo-
cis sabulosis siccis; frequenter occurrunt circa Rhenum. Florent Junio
& Julio. *In affectibus pectoris, lienis & venum conducunt, vermes enecant.
Fumus, a floribus carbonibus injectis, excitatus, ad arthriticos dolores com-
mendatur.*

Tanaceti, *Fleurs de Tanesie*, *Rheinfarn*, *Wurmkraut-Blumen*.
Colligendi mense Junio & Julio. *Anthelmintici sunt, & cum herba con-
veniunt.*

Tiliæ, Linn. *Tiliæ foeminæ, folio majori*, C. B. *Fleurs de Til-
lau*, *de Tilleul*, *ou de Tillot*, *Lindenblüth*. Passim sponte & plantata pro-
venit Tilia. Floret mense Julio. *Flores roborant, discutunt, anodynæ
& cephalici sunt; ad epilepsiam, apoplexiam & vertiginem commendantur.
Speciebus pro potu ordinario additi gratum conciliant colorem rubellum.*

Tunicæ hortensis, rubri, *Diantni floribus subsolitariis, co-
rollis crenatis, squamis calycinis subovatis brevissimis*, Linn.
Fleurs d'Oeuillets rouges, *Nägelblumen*, *Garten-Nägelein*, *Gras-
blumen*. Coluntur in hortis. Florent mense Julio & Augusto. *Cepha-
lici & cordiales censentur.*

Tussilaginis, vide Flores Farfaræ.

Verbasci, Thapsi barbati, *Fleurs de Bouillon blanc*, *Mullens-
blumen*. Proveniunt in locis arenosis, juxta agrorum margines. Colli-
guntur mensibus Julio & Augusto. *Sunt anodynæ & emollientes, atque ad
hæmorrhoidum dolores & tenesimum, ab hypercatharsi ortos, in lacte dulci
cocti*

cocti & sacculis applicati, conveniunt. Infusum florum *Verbasci* ad pbthi-
sin laudatur, & *Italis* familiare esse, Ill. Hallerus perhibet.

Flores Violarum, purpurearum odoratarum, *Fleurs de Violettes de Mars*, blaue *Violen*, wohlriechende *Beilgen*, *Merzen-Violen*. Juxta muros, sepes & in hortis proveniunt. Florent mense Martio & Aprili. *Refrigerant*, *humectant*, *emolliunt* & *laxant*; vis etiam adscribitur *cordialis*, & hanc ob causam floribus quatuor cordialibus adnumerantur. *Siccati in vitris loco calido asservandi, ne accessu aëris pallefiant.*

Urticæ mortuæ, *Galeopsidis*, *Lamii albi*, *Fleurs d'Ortie morte*, ou de *Lanium*, taube *Nesselblumen*. Ad hortorum sepes occurrunt, Martio, Aprili & Majo florent. *Specificè ad album fluorem commendantur.*

CAPUT IV.

DE SEMINIBUS.

Semen Abelmosch, *Ketmiæ Ægyptiacæ*, *femine moschato*, *Tournefort*. *Alceæ Ægyptiacæ villosæ*, *Bamiæ moschatae*, *Ketmiæ Americanæ hirsutæ*, flore flavo *Raj*. *Hibisci foliis peltato-cordatis septem angularibus ferratis hispidis*, Linn. *Graines de Musc*, *Bisamsaamen*. Grana sunt reniformia, pusilla, albicantia, odorem moschi & ambræ spirantia. Tam ex Oriente, quam ex *Americæ* regionibus calidioribus advehuntur; in hortis etiam nonnunquam coluntur. Eligenda probe odorata & recentia. *Aphrodisiaca censentur, & ad odoramenta & alia odore moschato imbuenda, inserviunt.*

Acetosæ, *Oxalidis pratensis*, *Semence d'Ozeille*, *Sauerampffer-Saamen*. Est nigrum, parvum, triangulare, punicei coloris, splendentis, saporis adstringentis. *Pro alexipharmaco habetur, & hoc sine nonnullis compositionibus additur.*

Agni casti, *Viticis officinalis*, *Semence d'Agnus castus*, *Neuschbaum*, *Neuschlamm-Saamen*, *Schaaffmullen-Saamen*. Arbuscula sponte in Italia & Sicilia nascitur. Semina sunt grana rotunda, pipere minora, colore cinereo, saporis subadstringentis, acris. *In calidioribus subjectis habere vim antaphrodisiacam; in frigidioribus vero venerem excitare, non satis compertum, id vero certum est, vim habere narcoticam & esse medicamentum valde calidum, quare usus ejus caute instituendus.*

Alkekengi, *Halicacabi*, *Physalidis caule simplici*, radice annua, foliis integerrimis geminatis, floribus solitariis, Linn. *Bajes de Coqueret*, *Judentirschen-Saamen*. Proveniunt *Alkekengi* in vineis & silvis. Semina & fructus maturescunt mensibus Octobri & Novembri. *Adnumerantur antinephriticis. Vid. Fructus.*

Althææ, *Ibisci*, *Semence de Guimauve*, *Cybischkraut-Saamen*. Sunt semina parva, semicircularia vel reniformia. Mucilaginem, in aqua macerata, exhibent. *Emolliunt, leniunt, & nephriticis commendantur.*

Semen Ammeos, Ammi veri Cretici, odore Origani, Sifonis foliolis subcapillaribus, *Semence d'Ammi*, *Cretischer Ammy-Saamen*. Ad umbelliferas & annuas refertur plantas. Semen parvum, striatum, e rufo spadiceum, saporis aromatici, acris est. Ex Alexandria Ægypti advehitur. Eligendum recens, maturum, saporis acris. *Alexipharmacum, diureticum & carminativum est; Theriacam ingreditur; & seminibus quatuor calidis minoribus adnumeratur. Commendatur a Matthiolo ad fluorem album, & sterilitatem mulierum.*

Amomi, *Semence d'Amome*, wohlriechender Saamen, oder Frucht aus Indien, Amomlein. Inter Auctores lis est, quid verum sit Amomum; hodie plerumque pro Amomo baccæ rotundæ ex fusco nigricantes, pipere paulo majores, *Myrti arboreæ aromatica, foliis laurinis, acuminatis*, sive *Myrti foliis alternis Linnæi*, venduntur, quæ etiam *Caryophylli rotundi*, vel *Piper odoratum Jamaicense & Pimenta* vocantur. Colliguntur immaturæ, & saporis sunt aromatici, ex Caryophyllorum, Nucis moschatæ & Cinnamomi sapore & odore quasi compositi. Angli iis ad condiendos cibos utuntur, & ex *Jamaica* insula, ubi arbor in montosis silvis crescit, sub nomine *All-Spice*, quia odorem & saporem omnium aromatum, scilicet *Cinnamomi, Caryophyllorum & Nucis* referunt, advehunt. *Rajus ex Sloani Historia Jamaicae* arborem sub nomine *Caryophylli aromaticæ Americanæ, lauri acuminatis foliis* sequenti modo describit: „Arboris hujus truncus, femoris humani crassitudinem æquat, ad triginta pedum altitudinem recta assurgit, cortice glaberrimo incano tectus, quæquæ versus ramos emittit. Virgularum extrema folia diversæ sunt magnitudinis, amplissima, quatuor vel quinque uncias longa, duas vel tres lata, glabra, tenuia, nitentia, saturato virore imbuta, pediculis uncialibus insidentia, attritu odorata, & laurinis per omnia similia. Surculorum extrema, seu summitates in multos, unciam longos, pediculos facessunt, totidem flores sustinentes, quorum unusquisque e plurimis ex albicante viridibus staminibus, quatuor petalis perexiguis, deorsum reflexis, concoloribus constat. Floribus delapsis, succedunt baccæ multæ coronatæ, seu umbilicatæ, per maturitatem baccis juniperinis majores, nigrae, glabrae & splendentes, in quibus continetur pulpa humida, subviridis, acris & aromatica. Baccæ hæ per vesicam destillatæ, oleum largiuntur suave, odoriferum, quod, velut *Oleum caryophyllorum & cinnamomi* fundum petit. Alii pro Amomo vero venditant semen quoddam angulosum, rugosum, aromaticum, nigrum, quod in capsulis seu filiquis subovatis, trigonis, in tria loculamenta divisis, apportatur, & a nonnullis *Cardamomum majus*, ab aliis *Amomum racemosum* vocatur, atque a *Linnæo* in *Horto Cliffortiano*, sub nomine *Amomi, scapo nudo, spica ovata & spica oblonga obtusa*, describitur. *Amomi vires sunt cephalicæ, stomachicæ, incidentes & roborantes; ob virtutes alexipharmacas ad Theriacæ confectiorem requiritur. Alii Amomum hoc, scapo nudo Linnæi, pro Cajeput, Cardamomi specie sumunt. Celebratissimum antiquitati Amomum hodie in integrum ignoratur.*

Anethi hortensis, *Semence d'Anet*, Dill-Saamen. Compressum, membranaceum quasi & tenue est, tribus striis notatum, coloris dilute

lute fusci, saporis aromatici, odoris grati. *Digerit & discutit, auget lac, & somnum conciliat, flatum & urinam pellit.*

Semen Angelicæ fativæ, Semence d'Angelique, Angelick-Saamen. Albicans, latum & compressum est, saporem acrem & odorem Angelicæ radicis habet. *Carminativum est, diureticum & alexipharmacum.*

Anisi, Semence d'Anis, Anis-Saamen. Oblonge rotundum, parvum & striatum est, coloris viridiusculi, saporis dulcis, aromatici. Ex annua planta, quæ copiose in agro Bambergensi feritur, colligitur. Eligantur semina magna, matura, & a stipitibus & quisquilijs libera. *Carminativum, pnevmonicum & stomachicum est. Ad quatuor semina calida majora refertur.*

Anisi Indici, stellati, Philippinarum insularum, Badianæ, Semence d'Anis de la Chine, ou Anis étoilé, Indianischer Anis, Stern-Anis. Externa forma, capsula seminali stellam repræsentat, dum ex sex vel septem radiis constat, ex eodem centro ortis, qui hiantes grana tot proferunt, quot sunt radii. Coloris est ex fulvo fusci, saporis ex Fœniculi & Anisi mixti dulcis. Non raro integræ stellæ ad nos veniunt. Cujus plantæ fructus sit, nondum constat; creditur esse planta, quæ *Evo-nymo* affinis Philippinarum insularum, *Anisum spirans*, *nuculas in capsulis stellatim congestis proferens*, vocatur. Ex India orientali advehitur, & in Moscoviam ex Tartaria transportatur, unde forsitan *Fœniculum* & *Anisum Sibirien- se* nominatur. Eligendæ capsulæ vel radii majores, multo oleo dotati, saporis subdulcis. *Convenit virtute cum semine Anisi vulgaris, penetrantius, gratius & præstantius tamen est.*

Apii fativi, Semence d'Ache, Garten-Cypich, Selern-Saamen. Parvum, striatum, Petroselini semine minus est. *Ad calculum & uteri vitia commendatur. Adnumeratur seminibus quatuor calidis minoribus.*

Aquilegiæ, Semence d'Ancolie ou d'Ancholie, Acteley-Blöcken- blumen-Saamen. Nigrum, parvum, splendens est. *Tribuitur illi vis alexipharmaca & antiscorbutica. Commendatur ictericis, vel in substantia, vel in emulsione, quæ emulsio etiam in peripnevmonia, variolis, morbillis, aliisque febribus exanthematicis, nec non erysipelate, bono cum effectu datur.*

Asparagi fativi, Semence d'Asperge, Spargel-Saamen. Plerumque baccæ rubræ, in quibus semina, seu acini nigri duri includuntur, loco seminum prostant. *Vis adscribitur diuretica; raro vero in usum venit.*

Atriplicis hortensis, albæ fativæ, Atriplicis caule erecto herbaceo, foliis triangularibus, Linn. Semence d'Arroche, Melten-Saamen. Albicans, orbiculatum, compressum est. *Vim habet emeticam & purgantem, atque ad drachmas duas cum aqua calida propinari solet; ictericis imprimis commendatur.*

Aurantiorum, Semence d'Orange, Pommeranzen-Kern, Pommeranzen-Saamen. *Virtute gaudet alexipharmaca, diaphoretica & anthelmintica. In emulsionibus datur.*

Semen Bardanæ, seu Lappæ majoris, Semence de Bardane, Aletten-Saamen. Oblongum, fuscum, nigris striis interstinctum est, saporis amaricantis. *Habetur insigne diaphoreticum & diureticum. Datur in substantia, vel in emulsione ad drachmam unam & ultra.*

Basilici, Ocymi vulgatiore, Semence de Basilic, Basilgen-Basilien-Saamen. Parvum, nigricans, & saporis mucilaginosi est. *Ad Uteri affectus commendatur. In aqua maceratum dat mucilaginem, quæ ad aphtas & fissuras labiorum & mammillarum utiliter adhibetur.*

Berberum, Acini fructus berberum, Berberis pedunculis racemosis, Linn. Semence d'Epine vinette, Erbselen-Saamen, Saurachbeer-Saamen. Sunt acini, sive arilli oblongi ex fructu, coloris pallidi, saporis adstringentis. Frutex, in qua fructus Berberis nascitur, sponte provenit in dumetis silvosis, & incultis locis; alitur etiam quandoque in hortis. Floret Aprili & Majo, & circa finem Septembris fructus perficit. *Semen adstringit; sed raro in usum vocatur.*

Bombacis, Gossypii frutescentis, femine albo, annui, Gossypii foliis quinquelobis, Linn. Semence de Coton, Baumwollens-Saamen. Est coloris ex nigro cinerei, Pisorum majorum magnitudinis; nucleum condit album, oleosum, dulcem. Gossypium sive Bombax colitur in Cypro, Maltha, Sicilia, & aliis insulis Archipelagi. *Semen vim habet demulcentem, & recens, non rancidum, nephriticis & hecicis prodest.*

Brassicæ rubræ, Brassicæ radice caulescente cylindræa carnosa, Linn. Semence de Chou rouge, rother Köhl-Saamen. Rotundum, Sinapi magnitudinis, coloris ex rufo fusci, saporis oleosi, subacris est. Colitur brassica in hortis & agris, & demum altero post sationem anno semina perficit. *Commendantur ad gonorrhæam, vermes necandos & colicam.*

Buniadis. Vide Semen Napi.

Cannabis fativæ, Cannabis foliis digitatis, Linn. Semence de Chanvre, Hanf-Saamen. Parvum, rotundum, cineræi coloris, saporis dulcis, oleosi est. *Intus sumtum ventriculum & caput gravat; commendatur a nonnullis in tussi, & ad icterum. Dosis est in substantia; scrupulus unus, ad drachmam unam; præstat in emulsionibus exhibere, externe ad capitis dolores quoque utilibus, nec non ad maculas a variolarum suppuratione contractas delendas.*

Cardui benedicti, Semence de Chardon benit, Cardobenedictens-Saamen. Oblongum, teres, striatum est, & scopulam quasi refert, saporis amari. *Vires sunt alexipharmacæ, antipleuriticæ; in variolis & morbillis etiam adhiberi solet. Additur emulsionibus.*

Cardui Mariæ, albis maculis notati, vulgaris, Semence de Chardon Marie, Mariendistel, Behdistel-Saamen. Oblongum, aliquantum compressum, fuscum est, saporis amaricantis. *Non solum ob signaturam, sed revera antipleuriticum est, atque emulsio exinde parata ad internas inflammationes quascunque conducit.*

Semen

Semen Carthami, flore croceo, Cnici, *Semence de Saffran bâtard*, *wilder Safran-Saamen*. Album, oblongum, angulare est, & sub cortice duriore album, dulcem nucleum condit. Copiose in Alsatia & in agro Argentoratensi colitur Carthamus. Semina sunt eligenda matura, magna, nucleum oblongum, album, pulposum, ponderosum includentia. *Egregium & leve est catbærticum, hydragogum, atque tussientibus, hydropicis, & febre quartana laborantibus, convenit. Optime in emulsionibus exhibetur, & a drachmis duabus ad sex dari potest.*

Carvi, Cari, Linn. Cumini prætensis, *Semence de Carvi*, *Rümmich*, *Wiesen-Rümmel*. Planta sponte provenit in pratis; floret Majo, & sequente mense semina maturantur. *Semina carminativa, stomatica & diuretica sunt, atque ad quatuor calida majora referuntur.*

Cataputiæ majoris, Ricini vulgaris, Ricini foliis peltatis ferratis, petiolis glanduliferis, Linn. *Semence de Ricin, de Chassetaupe*, *Purgier-Rörner*, *Treib-Rörner*. Ovalis figuræ atque quodammodo compressæ est, Fabæ minoris magnitudinis, coloris albicantis & cineracei, ex nigro variegati; sub putamine tenui nucleum condit album, saporis acris. Colitur in hortis, ubi eodem, quo seritur, anno floret; in Ægypto vero sponte nascitur & perennat. *Hydragogum & purgans satis vehemens est; Emulsio ex granis decem vel duodecim, i. e. seminibus duobus vel tribus, parata, vehementer serum educit, & hydropicis, non vero emaciatis & biliosis, convenit. Oleum ex semine expressum externe ad membra paralytica commendatur, atque ad drachmas duas & ultra interne potest dari ad serum educendum. Ricini majoris semina in multis officinis prostant, cum hisce nostris non confundenda, quia ex alia planta Jatropha, nempe, foliis cordatis angulatis desumuntur. Utraque tamen ob exurentem acrimoniam & vim inflammantem, admodum suspecta esse debent.*

Cataputiæ minoris, Tithymali latifolii, Lathyridis majoris, Euphorbiæ inermis, foliis oppositis lanceolatis, umbella universalis quadrifida tetraphylla reliquis dichotomis, Linn. *Semence d'Epurge*, *Spring-Rörner*, *Treib-Rörner*. Seritur in hortis, & quotannis se sponte propagat. Semina sunt grana rotunda, Pisi magnitudine; nucleus albus a corticosa substantia includitur. *Vehementer sursum & deorsum purgat, sed vix aliis, nisi hydropicis exhiberi debet, cum ob nimiam acrimoniam facile inflammationem intestinorum excitare possit. Caveant etiam pharmacopolæ hæc grana indiscriminatim divendere, præsertim suspectis mulierculis nunquam dari debent. Dosis hydropicis grana quinque ad septem. In succo expresso & inspissato, cum mercurio & saturno misto, specificum quæerunt nonnulli contra cancerum.*

Chærefolii, *Semence de Cerfeuil*, *Rörbelkraut-Saamen*. Longum, nigrum, acuminatum, saporis acris, aromatici est. Seritur in hortis; planta est annua. *Seminum vires cum herbæ conveniunt.*

Cicerum rubrorum, sativorum, flore ex purpureo rubescente, Ciceris foliolis ferratis, Linn. *Semence des pois chiches rouges*, *Rischer*, *Richer-Erbsen*, *Ziesern*. Seruntur Cicera verno tempore.

Decoctum commendatur puerperis ad loebiorum fluxum promovendum; nonnulli venerem excitare credunt.

Semen Cichorii hortensis, fativi, *Semence de Chicorée, Wegwarten-Saamen.* *In emulsionibus, ad hepatis inflammationem commendatur.*

Cinæ, Cynæ, Zinæ, Zedoariæ, Sanctum, Santonicum, contra vermes, *Semence contre les vers, Wurm-Saamen, Zittwer-Saamen.* Ex Persia & Ægypto advehitur. De planta, ex qua hoc semen colligitur, nihil certi constat. Volunt esse Absinthii speciem, quæ *Absinthium Santonicum, Judaicum & Alexandrinum* C. B. vocatur. Alii ex feminibus, terræ mandatis, plantam Tanaceti similem provenisse, perhibent. Eligantur semina ex viridi flavescencia, non pulvere & quisquiliis mixta, odoris Zedoariæ, saporis acris, amari. *Vermibus adversatur, & stomachicum ac emmenagogum præbet.*

Citri, Mali Citrei, *Semence de Citron, Citronen-Saamen.* Ex fructu maturo colligendum. *Calefacit, attemuat, & lumbricos necat; ob magnam amaritiam ingratum est: additur tamen nonnunquam emulsionibus in febribus malignis.*

Citrulli, Anguriæ, folio Colocynthis secto, femine nigro, Cucurbitæ foliis multipartitis, Linn. *Semence de Citrouille, Angurien-Wasser-Melonen-Saamen.* Eligatur recens, non rancidum. *Vim habet refrigerantem & demulcentem. Seminibus quatuor frigidis majoribus adnumeratur.*

Coccognidii, Laureolæ folio deciduo, flore purpureo, Chamæleæ, Mezerei, Daphes floribus sessilibus infra folia ellipticolanceolata, Linn. *Semence de Lauréole, Kellerhals, Seidenbast, Murgier-Körner-Saamen.* Rotundum, pipere paulo majus, fuscum & urentis saporis est. Frutex est Laureola, quæ Martio in silvis & editioribus locis flores; semina circa auctumnum perficit. *Vehementer, ob vim causticam, purgat, ut non nisi robustissimis concedi debeat; hydropicis tria integra grana ab empiricis dantur. Religiosi medici illius usum merito interdiciunt.*

Cochleariæ, rotundifoliæ hortensis, *Semence de Cochlearia, Löffelkraut-Saamen.* Parvum, seminis Papaveris instar, est, ex rufo fuscum, rotundum, saporis acris, amaricantis. Seritur in hortis. *Antiscorbuticum est, & cum herba convenit.*

Colocynthis, Cucumeris foliis multifidis, pomis globosis glabris, Linn. *Semence de Coloquinte, Coloquinten-Saamen.* Albicans, oblongum & compressum est. Medulla alba, quam sub cortice duriusculo continet, non adeo amara deprehenditur, sicut fructus. *Raro, vel nunquam in usum venit. Videatur Fructus.*

Coriandri vulgaris, fativi, majoris, Coriandri fructibus globosis, Linn. *Semence de Coriandre, Coriander-Saamen.* Seritur in hortis & arvis. Planta est umbellifera & annua. Semen rotundum, saporis aromatici. *Stomachicum, carminativum & antifebrile est. Veteres*

res quibus etiam Linnæus adstipulatur, Coriandrum pro venenato habuerunt, ideo aceto præpararunt. De virulentia vero experimenta desunt.

Semen Cucumeris fativi, Cucumeris foliorum angulis rotundatis, Linn. *Semence de Concombre, Gurcken = Cucumern = Saamen.* Albicans, oblongum, planum, & saporis oleosi-dulcis est. Seritur in hortis. Fructus in usum culinarium cedit. *Semen inter quatuor majora frigida numeratur; refrigerat & demulcet, modo sit recens, non rancidum.*

Cucurbitæ, Cucurbitæ feminibus obsolete-bicornibus, Linn. *Semence des Courges, Kürbsen = Kern.* Plures dantur Cucurbitarum varietates; hinc etiam semen, quod in officinis prostat, variæ est formæ & magnitudinis, semper tamen planum & album, atque margine cinctum. Colitur in hortis, agris & vinetis; Autumno semen maturescit. *Ob vim refrigerantem feminibus quatuor majoribus frigidis adscribitur. Usus horum seminum est in emulsionibus, quæ nunquam sine saccharo, ne lentore & mucilagine ventriculum molestant, propinari debent; addito vero saccharo hoc incommodum præveniri potest.*

Cydoniorum, *Semence des Coins, Quitten = Kern, Quitten = Saamen.* Fulvo colore, & magnitudine pomorum semina imitatur. Arbores in hortis & vinetis coluntur. *Mucilago e feminibus extracta refrigerat, & tam acrimoniam, quam æstum temperat; in alvi fluxu, ardore & excoriatione linguæ ac faucium cæteris mucilaginosi ob gratiorem saporem præfertur.*

Cymini, Cumini Linn. Cumini semine longiore, hortensis, Romani, Fœniculi Orientalis, Cuminum dicti, Tournefortii, *Semence de Cumin, Römischer Kümmel, langer Kümmel.* Oblongum & striatum, ex flavo spadiceum est. E regionibus calidis, præcipue ex Melita insula, ubi copiose seritur, advehitur. *Ingrati est odoris & saporis; carminativum tamen, dissolvens & diureticum insigne. Seminibus quatuor majoribus calidis accensetur.*

Cynosbati, Rosarum silvestrium, *Semence d'Eglantier, Hagen = Hüften = Hagenbutten = Saamen.* A lanugine, quæ pruritus & molestiam in ano parit, probe liberari debent. *Laudantur ob lithontripticam virtutem ad calculum præcavendum.*

Dauci Cretici, Candiani, Myrrhidis annuæ, semine striato, villoso incanæ, Athamanthæ foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, feminibus oblongis hirsutis, Linn. *Semence de Daucus de Crète, Mohren = Kümmel, Cretischer Vogelneft = Saamen.* Daucus habet folia Fœniculi tenuissima, semina oblonga, incana, superiore parte acutiora; saporis est acris, aromatici, grati. In Creta sponte provenit; colitur etiam in hortis. *Alexipharmacam, diureticam, carminativam & uterinam virtutem habet. Ad Theriacæ & Mithridatii confectioem requiritur.*

Dauci vulgaris Germanici, Pastinacæ silvestris, Dauci Seminibus hispidis, Linn. *Semence de Panais, ou de Carotte sauvage,*

Vogelneſt: wilder Möhren: Saamen. Floret menſe Junio, in ſegetibus, paſcuſ & pratis. In medio umbellæ floris purpureus plerumque reperitur floſculus, qui inſtar Coccionellæ purpureo colore inficit, & ad Epilepſiam commendatur. Dicitur a vulgo: *das Vögelein im Neſt*, ſ. *Avicula in nido.* Semen cum præcedente, tam forma, quam ſapore, convenit, paulo tamen minus eſt, & ſaporis non adeo aromatici. Carminativa & diuretica gaudet virtute, & ad ſemina minora calida refertur.

Semen Ebuli, Sambuci agreſtis arilli vel acilli, Semence d'Yeble, Altich: Saamen. *Hydragogis adſcribuntur, & urinam ſimul movent. Dantur ex vino, vel in ſubſtantia, vel infuſo. Oleum ex ſemine expreſſum per ſuperiora & inferiora, a drachma una ad unam ſemis aſſumptum, purgat, & contra philtura laudatur.*

Endiviæ albæ, fativæ, Scariolæ, Intybi fativæ, Cichorii latifolii, Tournefort. *Semence d'Endive, Endivien, Winter: Endivien: Saamen.* Parvum, oblongum, albo, & etiam alia ſpecies nigro cortice tectum, reperitur. Colitur planta in hortis, & in uſum culinarium cedit. *Seminibus quatuor minoribus frigidis adſcribitur. Refrigerat, ictericis & hepaticis prodeſt; uſus eſt in emulſionibus.*

Erucæ, Sinapi hortenſis, Sinapi albi, Braſſicæ foliis lyratis, caule hirsuto, ſiliquis glabris, Linn. Semence de Roquette, weißer Senf. Rotundum, parvum, flavescens, & ſaporis acris eſt. Colitur in agris & hortis; floret Majo & Junio; Auguſto & Septembri ſemina perficit. *Antifcorbutica & diuretica vi pollet; externe ad ſinapiſmos etiam expetitur. Condimentum illud, quod Muſtardam vocant, ex Erucæ & Sinapios ſemine cum muſto parari ſolet.*

Fabarum, vulgarium, albarum, vicix caule erecto, petiolis cirrho deſtitutis, Linn. Fèves, Bohnen. Sunt ſemina plantæ annuæ, papilionaceo flore; ſeruntur in hortis & agris. *Magis in culinarium, quam medicum uſum veniunt. Farina eſt coſmeticum & abſterſorium, atque ad cataplaſmata emollientia & diſcutientia inſervit.*

Fagopyri, Tritici fagini, Polygoni caule erectiusculo inermi ramoſo, foliis cordato-fagittatis, ſeminibus lævibus, Linn. Blé noir, Sarrasin, Buchweizen, Heydenkorn, Heidelkorn. Grana ſunt triquetra, oblonga, nigra, quæ ſub cortice nigro farinaceam continent ſubſtantiam albiffimam. Seritur in agris. *Panis, pulmenta & juſcuſca ex Fagopyro cocta, cibum præbent baud ingratum, & imprimis commendari ſolent in vulneribus & eroſione ventriculi atque inteſtinorum, cataplaſma ad inflammationem teſtium & mammarum laudatur.*

Foeniculi Cretici, dulcis, Romani, majore ſemine, Semence de Fenouil doux, Römischer, ſüßer Fenchel: Saamen. Colitur in hortis, & ex Italia advehitur. Ex cinereo ſpadiceum, oblongum, ſtriatum, ſaporis dulcis, grati eſt. Eligatur recens, multo oleo dotatum, & a ſtipitibus liberum. *Commendatur ad lac augendum, calculum & flatuſ pellendos. Datur in trageis & infuſis.*

Semen

Semen Foeniculi vulgaris, Germanici, *Semence de Fenouil commun*, *Fenchel-Saamen*. Colitur in hortis, & altero, post sationem, anno floret & semina perficit. *Semen gaudet virtute carminativa, diuretica, lac auget, & pectori amicum est. Egregium etiam præbet ophthalmicum, & inter semina quatuor majora calida numeratur.*

Fœni græci, Fœnugræci, Trigonellæ leguminibus sessilibus strictis erectiusculis acuminatis, Linn. *Semence de Fenugrec*, *Bocks-Horn-Saamen*. Granula sunt dura, parva, flava, angulosa, quæ in longis, acuminatis filiquis, corniformibus, crescunt. Saporis & odoris ingrati mucilaginosi. Seritur in agris, floret Junio; annua est planta, & ad papilionaceas refertur. *Usus seminis est externus in cataplasmatibus. Virtute pollet anodyna, emolliente & discutiente. Equis etiam est medicamentum confortans.*

Fraxini, Lingua avis, Fraxini floribus nudis, Linn. *Semence de Frêne*, *Eschbaum-Saamen*, *Vogelzungen*. Fraxinus arbor in silvis provenit. Semen ex longis, planis & ad modum linguæ acuminatis laminis, seu foliolis constat, in quibus ex flavo fuscum semen latet, subacri & amaro sapore præditum, quod excorticatum in usum vocatur. *Adscribitur illi vis diuretica, lithontriptica, antipleuritica, antihydroptica & aphrodisiaca.*

Genistæ angulosæ, Scopariæ, *Semence de Genêt*, *Genisten-Pfriemen-Rüschotten-Saamen*. Est seminis Lini magnitudine, lutei coloris, aliquantum planum, cordiforme, saporis amaricantis. Provenit in incultis, floret mense Majo & Junio. *Seminis drachma una in pulvere ex aqua exhibitâ alvum & urinam movet, & hydropticis confert; in majori dosi vomitus excitare solet.*

Hordei, Hordei flosculis lateralibus masculis muticis, angularibus imbricatis, Linn. *Semence d'Orge*, *Gerste*. Seritur in agris; est vel hybernum vel vernum; prius ante hyemem, posterius verno tempore seritur. *Virtute demulcente, anodyna, nutriente & refrigerante conveniunt; plerumque in usum vocatur excorticatum sive perlatum. Usus est in decoctis, ptisanis, & externe in cataplasmatibus.*

Hyosciami albi, *Semence de Jusquiame*, *weisser Bilsen-Saamen*. Pallidi coloris, parvum, planum, reniforme, & oleosi saporis est; mense Septembri ad maturitatem pervenit. *Stupefacientem vim habet, & merito inter infida medicamenta ponitur; a nonnullis tamen specificè in hæmoptysi commendatur. Ingreditur Pilulas de Cynoglossò & Philonium Persicum. Nonnunquam etiam in parva dosi exhibitum funestos edidit effectus, deliria, maniam, sopores, convulsiones lethales; imo etiam externe fumo suscepto, & fomentationibus, deliria movisse, exempla prostant. Dosis in substantia grana octo ad scrupulum semis usque. Hyosciami antidotâ sunt sinapi, allium, cepæ, & vomitoria.*

Hyperici, *Semence de Millepertuis*, *Johanneskraut-Saamen*. Parvum, oblongum, cylindricum, coloris ex rufo fusci, saporis amari, resinosi

refinosi est. *Vulnerarium, diureticum, antinephriticum & anthelminticum egregium habetur. Datur a drachma dimidia ad integram.*

Semen Lactucæ fativæ, non capitatæ, Semence de Laitue, Lattich-Saamen. Colitur in hortis. *Semina cum tota planta refrigerant, biliosis conveniunt, & seminibus quatuor minoribus frigidis adnumerantur.*

Lapathi acuti, Semence de Patience, Mengel-oder Grindwurz-Saamen. Fuscum & triangulare, Acetosæ simile est. *Virtute pollet adstringente & alexipharmaca. Volkamero teste, semen ex lapatho folio acuto rubente, miraculi loco sopit alvi fluxum dolentem, scrupuli unius, vel drachmæ semis dosi contusum, & in vino sumtum.*

Lappæ majoris. Vide Bardanæ.

Levistici, Ligustici, Semence de Leveche, Liebstockel-Saamen. Oblongum, planum & striatum ac membranaceum est, coloris pallidi, odoris fragrantis, saporis aromatici. Colitur in hortis. *Alexipharmacum, diureticum, carminativum & hystericum censetur.*

Lini fativi, Lini foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus acuminatis angulatis, capsulis mucronatis, Linn. Semence de Lin, Leinsaamen, Flachssaamen. Seritur in agris. Oblongum, planum, læve, splendens, fuscum & saporis oleosi est. *Vires habet anodynas, emollientes & maturantes. Decoctum vel mucilago tussientibus, phtisicis & pleuriticis commendatur; imo mucilagine hujus seminis sola, per aliquot septimanas loco jentaculi assumta, colica spasmodica, ex plumbi fumo contracta, quam metallifusores Hütten-Rahe vocant, laborantem, me restituisse, memini; externe in cataplasmate dolores mitigat, emollit, discutit, & fatum mortuum pellere creditur.*

Lupinorum fativorum, flore albo, Lupini calycibus alternis, appendiculis lateralibus nullis, Linn. Semence de Lupin, Feigbohnen, Wolfsbohnen. Fabæ adæquat magnitudinem; colore est album, figura rotunda, compressum & in medio quasi concavum. Colitur in hortis; semina seruntur vere; planta floret Junio, Julio & Augusto; semina maturitatem Septembri consequuntur. *Interne raro vel nunquam in usum vocantur; externe ad conficienda cataplasmata discutientia inferviunt. Cosmeticum etiam præbent, ob vim abstergentem.*

Lycopodii, Plicariæ, Musci clavati, squamosi, vulgaris, repentis, Lycopodii foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis gemminis, Linn. Semence de Lycopodium, Beerlappen-Gürtelkraut-Truttensfußsaamen. Provenit in ericetis silvæ Martiæ. Pulvis flavescens, qui in clavis reperitur, ab aliis pro semine, aliis pro polline antherarum habetur. *Commendatur tanquam panacea fere ad omnes infantum morbos. Est diureticum, roborans, anodynum, antiepilepticum & traumaticum. Dosis grana sex, scrupulus semis, ad scrupulos duos in adultioribus. Externe valet ad intertrigines, cum Tutia, vel pauxillo Cerussæ mixtum. Flammis injectum tanquam pyrius pulvis fulgurat; hinc inde a nonnullis Sulphur vegetabile appellatur.*

Semen

Semen Malvæ, folio sinuato rotundo, *Semence de Mauve*, *Pappeln-Raß-Pappeln-Saamen*. Est fuscum, semilunare, in parvas placentulas caseoli instar congestum, mucilaginosi saporis. Malva provenit in sepibus, floret Majo, & semina perficit Junio & Julio. *In aqua decoctum, vel in pulvere exhibitum, vim habet demulcentem, antinephriticam.*

Melonum, Cucumeris foliorum angulis rectis, Linn. *Semence de Melon*, *Melonen-Kern oder Saamen*. Vix a semine Cucumeris distinguitur; crassius tamen est. Colitur in hortis; Julio & Augusto maturascit. *Refrigerat, demulcet, nephriticis commendatur, & inter semina quatuor majora frigida numeratur. Sit recens, ponderosum, non rancidum.*

Milii folis, Lithospermi majoris Cretici, Lithospermi seminibus levibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis, Linn. *Semence de Gremil*, *Meerhirse*, *Steinsaamen*, *Perlenhirse*. Rotundum, glabrum, splendidum, album, semine Cannabis paulo minus est. Provenit in segetibus. *Diureticum & lithontripticum est, partum promovet, & ad febrem quotidianam, ante paroxysmum ad drachmam integram assumtum, laudatur.*

Napi fativi, Buniadis, Brassicæ radice caulescente fusiformi, Linn. *Semence de Navet*, *Stechrüben-Saamen*. Parvum, rotundum, ex rubro nigrum, saporis acris, amaricantis est. Seritur in agris; altero post sationem anno floret & semina perficit. *Alexipharmacæ, abstergentis & attenuantis virtutis est. Datur in emulsionibus.*

Nasturtii hortensis, Lepidii foliis oblongis multifidis incisis, Linn. *Semence de Cresson*, *Kressig-Garten-Kressen-Saamen*. Parvum, oblongum, ex flavo fuscum, saporis acris est. Seritur in hortis primo vere, & Junio vel Julio semina maturantur. *Commendantur bernicis & scorbuticis; urinam cient.*

Nigellæ, Melanthii, Cumini nigri, Nigellæ petalis subtricuspidatis, foliis subpilosis, Linn. *Semence de Nielle*, *schwarzer Kümmich*, *schwarzer Coriander*. Extus nigrum, angulosum & rugosum, intus album est, saporis acris. Colitur in hortis; floret Julio & Augusto. Semina odorem quendam gratum aromaticum spirant. *Incidunt, aperiunt, & urinam movent; ad hydrophobiam & animalium rabidorum morsus, lac augendum, & febres quartanas commendantur, & inter errhina decantata sunt. Multis vero internus usus suspectus est, ob characterem, quem planta habet.*

Orobi, Ervi veri, Ciceris pistillorum germinibus undulato-plicatis, Linn. *Semence d'Orobe*, *Ervensaamen*. Grana sunt spadicæ, & aliquantum rotunda, saporis farinacei, amaricantis. Seruntur in hortis, ad plantas flore papilionaceo referuntur. *Semina in decocto ad nephritidem, & in cataplasmatibus ad emolliendos & maturandos abscessus laudantur.*

Papaveris albi, hortensis, fativi, Papaveris caule multifloro, foliis simplicibus glabris incisis caulinis, Linn. *Semence de Pavot*

blanc, weisser Mag = Mohnsaamen, Delmagensaamen. Album, valde minutum, saporis subdulcis, oleosi, est. Colitur in hortis, floret Junio, Julio & Augusto; eligatur recens, maturum, ponderosum. *Virtutis est anodynæ, lenitivæ & demulcentis. Datur in emulsionibus.*

Semen Papaveris nigri, hortensis, femine nigro, Semence de Pavot noir, schwarzer Mag = Saamen. *Cum præcedente convenit magnitudine & virtute.*

Perfoliatæ, Semence de Percefeuille, Durchwachs = Saamen. Ex nigro fuscum, oblongum, in uno latere convexum, in altero aliquanto planum, & quasi crenatum, saporis subamari, acriusculi. *Adstringit, & herniosis tam interne, quam externe commendatur.*

Petroselini Macedonici, Apii saxatilis, petræi, Bubonis foliis rhombeis ferratis glabris, umbellis paucis, Linn. Semence de Persil Macedonien, Stein-Eppich, Stein-Peterlein, Macedonischer Petersil-Saamen. Petroselini vulgaris femine paulo longius & tenuius, striatum & villosum, obscure viride, acris, aromatici saporis, odoris fragrantis est. Colitur in hortis. *Cum semine Apii convenit; alexipharmacam, diureticam & carminativam habet virtutem, & ad Theriacæ compositionem requiritur.*

Petroselini vulgaris, Semence de Persil, Petersilien = Saamen. Est oblongum, striatum, parvum, saporis aromatici, subacris. Seritur in hortis. *Alexipharmacum & diureticum est.*

Plantaginis, Semence de Plantain, Wegerich = Saamen. Minutissimum est, longiusculum, fulvum, saporis mucilaginosi. *Adstringit & refrigerat; ad calculum, hernias, sanguinis & alvi fluxiones commendatur. Refertur a nonnullis ad semina quatuor minora frigida.*

Pœoniæ folio nigricante maris, Semence de Pivoine, Sichts-Rosen = Saamen. In cortice nigro, splendente rotundum, pisi magnitudinis, album nucleum, ingrati saporis, continet. *Habetur antepilepticum & anodynum. Nonnunquam vomitus excitasse, & alvum movisse, B. Boerhave auctor est.*

Portulacæ hortensis, latifoliæ, fativæ, Portulacæ foliis cunei-formibus sessilibus, Linn. Semence de Pourpier, Wurzel-Wurzelkraut = Saamen. Valde exiguum, nigrum, & saporis oleosi est. Seritur in hortis, & autumnno semina perficit. *Semen refrigerat, & seminibus quatuor minoribus frigidis adscribitur.*

Psyllii; Pulicariæ, Plantaginis caule ramoso, foliis dentatis, spicis nudis, Linn. Semence de l'herbe aux puces, Psillienkraut, Flöhkraut = Saamen. Puliciforme, fusci coloris, saporis mucilaginosi, & parum acris est. Colitur in hortis; in calidioribus regionibus sponte luxuriat. *Virtute gaudet refrigerante, demulcente & laxante; biliosis convenit; mucilago extracta ad faucium & linguæ siccitatem, nec non anginam confert.*

Semen

Semen Raparum sativarum, Brassicæ radice caulescente orbiculari depresso carnosa, Linn. *Semence de Rave, Rüben-Saamen, weisser Rüben-Saamen.* Est Raphani semine minus, fuscum, rotundum, saporis oleosi, acris. *Cum semine Napi convenit, & in emulsionibus ad varias & morbillos expellendos datur.*

Raphani, Raphani filiquis teretibus torosis bilocularibus, Linn. *Semence de Raifort, Rettig-Saamen.* Rotundum, rufi coloris, saporis acris est. Colitur in hortis; radices cedunt in victum. *Semina incidunt, & urinam movent.*

Rufci, *Semence de Houx - frelon, Mausdorn - Saamen.* Bacca est rotunda, ex fusco rubra, quæ semen continet nigrum, saporis subdulcis. *Diuretica & abstergente gaudet virtute, & cum radice convenit; raro, vel nunquam, nisi ad Electuarium benedictum laxativum in usum vocatur.*

Rutæ hortensis, *Semence de Ruë, Rauten-Saamen.* Nigrum est, parvum, figuræ semilunaris, saporis acris, amari. Perennat & colitur Ruta in hortis; floret per æstatem, & semina matura profert autumno. *Commendatur ad singultum a flatibus ortum, lumbricos enecandos, gonorrhæam, urinam & menstrua pellenda.*

Sabadilli, *Semence de Sabadillum, Mexicanischer Laus-Saamen.* Figura & colore nigrescente Mulcerdam refert, & in capsulis oblongis, gibbosis, quasi corniculatis, trilocularibus adfertur. Saporis est fervidi, amari, ingrati sicut *Staphidis agrivæ*, odoris nullius. Masticatum salivam ciet, atque acrimonia caustica fauces afficit, & nauseam excitat. E Mexico, Americæ regno advehitur, & quantum ex capsula seminali & effectu conjicere licet, *Veratri* vel *Aconiti* est species. *Miræ contra pediculos est efficaciam, quos vix adplicitum, magis præsentaneo effectu, quam Mercurius vel semen Staphidis agrivæ, perimit. Semen cum capsula seminali in pulverem teritur, & vel solus pulvis, vel axungia suilla exceptus, adplicatur. Milites, religiosi & nautæ, futuras vestium hoc semine fricare solent, atque se contra hos, alias infensissimos hostes, reddunt securos. Pulvis hujus seminis saccharo commixtus, vel quibusvis eduliis inspersus, mures & glives necat.*

Sambuci, *Semence de Sureau, Hollunder-Saamen.* Sunt arilli, sive acini ex baccis Sambuci. *Oleum inde expressum album laxat, & serum educit; ad drabmas duas sumptum, specificè contra philtia commendatur.*

Santonicum, vide Semen Cinæ.

Saxifragiæ albæ, vide Radices ejusdem.

Scariolæ, vide Semen Endiviæ.

Sesami, Digitalis Orientalis, Sesamum dictum, Tournefort. Sesami foliis ovato-oblongis integris, Linn. *Semence de Sésame, ou Fugeoline, Leindotter, Flachsdotter - Saamen.* Ex Ægypto, Sicilia & Italia advehitur. Eligenda semina albicantia, oleosa, dulcia.

Emolliunt, resolvunt & digerunt. Aegyptiis in cibum cedunt. Passim pro semine Sesami semen Myagri sativi vendunt.

Semen Sefeli Cretici, Tordylly minoris, Tordylly involucris partialibus longitudine petalorum, foliolis ovatis lanceolatis, Linn. *Semence de Sefeli de Candie, Sefel-Saamen, Cretischer Berg-Kummel.* Oblongum, striatum & depressum, coloris obsolete viridis, ad fuscum inclinantis, saporis acris, aromatici, est. Sponte provenit in Candia, in incultis Apuliæ, & aliis calidis regionibus. *Diuretica, carminativa, & uterina pollet virtute.*

Sefeli Massiliensis, Sileris montani, Lasepiti foliolis lanceolatis integerrimis petiolatis, Linn. *Semence de Sefeli de montagne, Sefel-Saamen, Berg-Kummel.* In Gallia Narbonensi & Provincia, in viis & locis incultis provenit; floret Augusto & Septembri. Semina colliguntur Novembri. Depressum & oblongum est semen. Eligendum viridiuscule pallidum, saporis acris, aromatici, succi plenum. *Carminativum est, alexipharmacum, diureticum & emmenagogum. Ad Theriacam assumitur.*

Sinapi, Rapi folio, femine rufo, Sinapeos siliquis glabris tragonis, Linn. *Semence de Moutarde, rother Senf-Saamen.* Perfecte rotundum & saporis acris est. Seritur in agris; floret Majo & Junio; semina mense Augusto & Septembri perficit. *Frequens ejus est usus ad mustardam parandam. Incidit, attenuat, diuresin promovet. Contra vertiginem & in prophylaxin apoplexiæ pituitosæ datur interne; externe ad sinapismos adhibetur.*

Sophiæ Chirurgorum, Nasturtii silvestris tenuissime divisi, Sifymbrii annui, Absinthii minoris folio, Tournefort. Sifymbrii petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis, Linn. *Semence de Sifymbrium, Sophienkraut-Well-Saamen, Habicht-Saamen.* Minutissimum, oblongum, rufum, & saporis acris est. Provenit in locis incultis, circa vias & in arenosis. Floret per æstatem, & semina simul matura perficit. *Vulneraria & mundificante, anthelmintica & diuretica pollet virtute.*

Staphidis agriæ, Herbæ pedicularis, Delphinii Platani folio, Tournefort. Delphinii nectariis diphyllis, foliis palmatis, laciniis integerrimis, Linn. *Semence de Staphis aigre, Staphis-Körner, Lause-Körner.* Est triangulare, asperum, nigro-gryseum, saporis acris, nauseosi, & ingrati odoris. Nascitur in calidis regionibus, Hispania, Italia, Gallia, nonnunquam in hortis colitur. *Ad purgantia acria, drastica, pertinet; tam per superiora, quam inferiora evacuat; raro igitur interne adhibetur. Usus est decocti, in ore detenti, ad dolores dentium; frequentius autem, ad pediculos necandos, in pulvere & unguento adhibetur.*

Sumach, Rhois Ulmi folio, Rhois coriariæ, culinariæ, obscuriorum, Rhois foliis pinnatis ferratis, (subtus villosis,) Linn. Se-

Semence de Sumach, Gerberbaum, Färberbaum-Saamen. Colitur in hortis; sponte etiam provenit in calidioribus regionibus, præcipue in Hispania. Sunt baccæ orbiculatæ, villosæ, parvæ, rubentes, quæ nucleum seu semen orbiculatum includunt. *Adstringunt, & in fluxionibus alvi & sanguinis conferunt.*

Semen Tanaceti, Semence de Tanesie, Rheinfarn-Saamen. Saporis aromatici, amari est, & cum *Semine Cinæ* convenit. *Egregium præbet carminativum & antbelminticum; laudatur etiam uterinum & emmenagogum.*

Thlaspios arvensis, Thlaspios siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris, Linn. Semence de Thlaspi, Lauren-Senf, Besenfraut-Saamen. Oblonge rotundum, parvum, fuscum, saporis viscosi, acris est. Provenit in locis incultis, apricis & saxosis; floret Majo & Junio. *Urinam potenter movet, & ad aperiendos abscessus internos commendatur.*

Violarum, purpurearum, martiarum, Semence de Violettes, blauer Bielen-Saamen. Albicans, rotundum, splendidum, & saporis oleosi, subacris est. *Violæ florent Martio & Aprili, & semina mense Junio ad maturitatem perveniunt. Virtute pollent diuretica, leniter laxativa. In emulsionibus dantur.*

Viticis, vide Sem. Agni casti.

Urticæ Romanæ, piluliferæ, Hispanicæ, semine lini, Urticæ foliis oppositis, amentis fructiferis globosis, androgynæ, Linn. Semence d'Ortie Romaine, Römischer Nessel-Saamen. Fuscum, splendens, Lini semine minus, saporis parum acris est. Colitur in hortis apud nos; in regionibus calidis sponte provenit. *Commendatur ad affectus pulmonum, asthma, tussim ferinam & pleuritidem; nephriticis prodest, & in pulvere, vel, quod præstat, in emulsionibus propinatur.*

Urticæ urentis, vulgaris, racemiferæ, Semence d'Ortie, Brenn-Nessel-Saamen. *Diureticum est, & subadstringit.*

Zedoariæ, vide Semen Cinæ.

CAPUT V.

DE FRUCTIBUS, BACCIS ET NUCLEIS.

Acacie germanicæ, nostratis, Pruna agrestia, *Prunelles sauvages, gedörrte Schlehen.* Autumno maturæ colliguntur & exsiccantur. *Refrigerant & adstringunt; in gargarismis ad uvulæ relaxationem, & gingivas relaxatas profunt. Præcipuus recentium usus est ad succum inde exprimendum, qui succo Acaciæ Ægyptiacæ substitui potest.*

Alkekengi, feu Halicacabi baccæ, Solani vesicarii, Coquerets, Juden-Kirschen. In vineis & silvis umbrosis proveniunt; florent Junio & Ju-

lio, & autumnò fructus, in vèsica inclusi, maturitatem adipiscuntur. *Refrigerant, urinam movent, & calculosis profunt.*

Amygdalæ amaræ, Amandes ameres, bittere Mandeln. Arbor primo vere floret, & ab Amygdalo, dulces fructus proferente, non differt. *Linnæo vocatur: Amygdalus foliis petiolatis: serraturis infimis glandulosis.* Colitur in hortis, sed raro occurrit; inter alias amygdalos dulces in tractu Rheni & regionibus calidioribus frequentior. *Ut plurimum ad oleum exprimendum in usum vocantur. Vulpibus, Psittacis & aliis animalibus carnivoris lethales sunt.*

Amygdalæ dulces, Amandes douces, süsse Mandeln. Amygdalus sativa colitur in hortis & vineis; copiose provenit in Provincia, Languedocia & aliis calidis regionibus. Eligantur majores, quas *Ambrosinas* vocant, non rancidæ, nec verminosæ. *Ad emulsiones & oleum conficiendum præcipuus earum est usus.*

Anacardium, est arboris Malabaricæ, Oepatæ & Linnæo Aviceniæ dictæ, fructus, Anacardes, Elephanten-Lauß. Orientale figuræ cordis compressi, occidentale vero reniforme est, & *Acajou* vocatur; nigricat utrumque, sub involucri duplici nucleum solidum albicantem, saporis subdulcis, condit; inter hoc involucri succus rubicundus oleosus, saporis acris & exurentis reperitur. *Nucleos ventriculum roborare, venæm stimulare, & memoriæ confortare, perhibent; succus oleosus ad scirrhus resolvendos, & clavos pedum extirpandos, commendatur. Raro in usum venit medicum; ipsa etiam Confectio Anacardina obsoleta est.*

Been, Balanus myrepfica, Glans ungentaria, Ben, Ben. Fructus est *Guilandinæ inermis, foliis triplicato pinnatis: foliolis infimis ternatis, Linnæi,* arboris in Syria & Arabia nascentis, & ab incolis ad montem Sinai *Pharagon* dictæ, avellanæ magnitudinis, triangularis, in putamine corticoso, cinereo nucleum pinguem condentis. *Olei acris amari plenæ sunt Balani, quod, cum non facile rancescat, & odoris plane expers sit, variorum florum suavi odore facile inficitur, & fraudulentis mercatores olea destillata hoc oleo inquinare solent. Fructus raro apud nostros pharmacopolas reperitur, & varioris est usus. Vomitum movet & violenter purgat; ad cutis vitia nonnunquam adhibetur.*

Berberes exsiccatae, Oxyacanthæ fructus, Berberis pedunculis ramosis, Linn. *Berberis seché, gedörrte Saurach-Beerlein, Erbselen, Weinnägelein.* Baccæ sunt oblongæ, in racemos congestæ, per maturitatem rubræ, acido grato sapore præditæ. Frutex sponte in dumetis & silvestribus locis provenit; floret Aprili, & maturos fructus mense Septembri offert. *Baccæ refrigerant, bilem refrænant, & æstum sanguinis temperant; siccatae in decoctis adhibentur.*

Cacao, Cacavahe, Avellanæ Mexicanæ, Cacao, Caccou, oder Chocolate-Frucht. Arbor a Barbaris *Cacabuse,* aliis *Cacao Cacavifera,* Botanicis vero recentioribus *Theobroma foliis integerrimis* vocatur. Flos surgit ex calice pentaphyllo rosaceus, pistillum tubi cujusdam multiscissi laciniis cinctum mutatur in fructum cucumeriformem, quinquangularem, striatum, seminibus seu nucleis, in quinque ut plurimum acervulos oblongos collectis, foetum, qui amygdalarum formam habent, & fissiles sunt. Nascitur in locis uliginosis, pinguibus, riguis Americæ calidioris. *Theobroma dicta est arbor, cum fructus*

fructus basin sternat potionis saluberrimæ, maxime nutrientis, *Chocolate Mexicana*, Europæis quondam solis Magnatibus propriæ, (*Ἐρωμα των Θεων*, vos Deos feci, dixit Deus de imperantibus,) licet nunc vilioris factæ. *Non solum vero ad Chocolateæ confectiorem requiruntur fructus, sed & oleum ex illis exprimitur dulce, grati saporis, copiosum, quod sevi instar frigesceus coagulatur, & sub nomine: Butyri Cacao venit, de quo inter Olea expressa. v. Pharm. Wirt. P. II.*

Capita Papaveris, *Codia, Têtes de Pavot, Mohnhaupter, Mohntöpfe*. Capsulæ sunt seminales Papaveris sativi, globosæ, ut plurimum nucis juglandis, non raro mali mediocris magnitudinæ, coronatæ quasi, & operculis stellatis tectæ, semen nunc nigricans, nunc album continentis. Asservantur cum & sine seminibus. *Vires sunt eadem, quæ seminum, magis tamen narcoticæ. Ad Diacodii confectiorem & pediluvia eorum est usus.*

Caricæ, *Ficus passæ, Ficus seckes, Dürre Feigen*. Sunt fructus *Ficus arboris sativæ, Ficus foliis palmatis, Linnæo dictæ*. Variæ & multæ earum numerantur species; optima censetur *Ficus sativa, fructu parvo, serotino, albido, intus roseo, mellifluo, cute lacera Tournefortii*. Hæ, in minutis e spatio paratis corbibus, ex Marsilia afferuntur, & *Marsilianische Korb-Feigen* vocantur. Eligantur pingues, non verminosæ. Vocabulum *Ficus* in officina denotat recentes fructus; *Carica* vero *Ficum* exsiccata vel passam significat. *Demulcent humores acres, & in raucedine, nephritide, ardore urinæ, & tussi sicca commendantur. Decoctum in variolis laudatur; externe emolliunt, maturant & leniunt.*

Carpobalsamum, Carpobalsame, Balsam-Rörner, die Frucht vom Balsam-Baum. Sunt grana, seu baccæ oblongæ, pediculo donatæ brevi, cortice rugoso, fusco, quatuor costis distincto, odoris & saporis aromatici, grati. Planta, in qua nascuntur, est *Balsami Syriaci Arbuscula*; secundum *Linnæum Amyris, foliis bijugis*. Crescit hæc ad Ligustri vel Cytisi altitudinem, cortice est vestita subrubro, ramuli longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, sunt ejusdem coloris. Folia *Rutæ* similia, perpetuo virentia, alata, impari numero vel terna, quina aut septena, deprehenduntur. Flores parvi, albi, *Acaciæ* proximi, terni singulis aliis vel extremitatibus ramulorum, quasi in umbellæ forma insident, summe odorati. Patriam agnoscit *Arabiam felicem*, & in pluribus locis etiam arenosis & sterilibus, prope *Meccham & Medinam*, nec non citra villam quandam *Bedruniam* ab Arabibus vocatam, ubi mons prægrandis arenosus, innumeris *Balsami* arbusculis refertus, sponte nascitur; parum vero vel nihil ex his silvestribus fruticibus *Balsami* producit, semina tamen vel fructus ferunt copiosos. Incolæ igitur, ut *Balsamo* fœcundas reddant arbusculas, in *Balsameta* & pingue solum transferunt, atque diligenter colunt. Non solum autem in *Arabia felici*, sed etiam in *Ægypto* *Balsami* arbusculæ, in hortis ad hunc finem constructis, aluntur. *Carpobalsamum* est eligendum grave, oleo vel balsamo fœtum, saporis cum *Opobalsamo* convenientis. *Raro in usum venit medicum; ad Theriacæ vero compositionem requiritur. Stomachicum, nervinum, vulnerarium atque diureticum est.*

Cassia fistula, Siliqua purgatrix, Cassé en bâton, Cassien-Röhrlin. Siliqua est longa, rotunda, nigricans, includens sub putamine corticoso, in loculamentis, semina depressa, fulva, & pulpam dulcem nigricantem. Optima censetur *Alexandrina, sive Orientalis*. Advehitur etiam ex *America*, quæ
Bb longe

longe crassiores & breviores siliquas, pulpam vero saporis amariuscule, & virtute purgativa præstantiorem habet. Arbor, quæ Cassiam fert, *Linnaeo* dicitur: *Cassia foliolis quinque pinnis, ovatis acuminatis glabris petiolatis*. Siliquæ eligi debent recentes, graviores & medulla plenæ. *De virtute hujus medullæ videatur Pulpa Cassiæ, in Parte II. Pharmac. Wirtemberg.*

Cerasa acida, exsiccata, Cerises aigres seches, saure Kirschen, Wein-Kirschen, Weichseln. Sunt fructus Cerasi sativæ, fructu acido, serotino, succo sanguineo. Colitur arbor in hortis; fructus perficitur Junio & Julio. *Ex recentibus succus exprimitur pro confectioe Syrupi; e siccatis parantur decocta pulchre rubentia, biliosis ad æstum sanguinis & sitim sedandam utilia.*

Ceraforum Nuclei, Noyaux des Cerises, Kirschen = Kerne. Ex omnibus Ceraforum speciebus colliguntur. *In emulsionibus adhibentur. Sunt anodynæ & diuretici.*

Coccognidium. Vide Semina.

Cocculi Indi, Cocculæ Orientales, vel de Levante, Coques de Levant, Röckel-Körner, Fisch-Körner. Ex Oriente afferuntur. Arbor a *Rajo*, *Solanum Indicum arborescens*, cocculos Indos ferens, & in *Horto Malabarico*, *Natsiatam* vocatur, & *foliis cordiformibus, floribus monopetalis quinque partitis, candidis, fructibus racematim congestis*, describitur. *Linnaeo Menispermum foliis cordatis retusis mucronatis* audit. Fructus est baccarum Lauri magnitudine; rotundior tamen, fusco & rugoso cortice tectus. *Perniciosi sunt, atque nunquam in medicina adhiberi intus solent. Pediculos enecant, & ad capiendos pisces inserviunt.*

Coffée, Caffee, Caffea, Coffea, Linn. Caffé, Cofse, Caffé-Bohnen. Est fructus, sive nucleus arboris *Bon* vel *Pan*, quæ a nonnullis *Jasminum Arabicum, Lauri folio*, vocatur. Folia habet Lauri, majora, semper virentia, pinnata; calix floris est quinquefidus, flos infundibuliformis, bacca subrotunda, cerasi magnitudinis, ex carne molli, dulci, viscosa, & nucleo bifido constat. Sponte provenit arbor in Oriente, præsertim in Arabia & Persia; in Americam translata, magna in quantitate colitur, neque infrequenter in hortis botanicis reperitur. Baccæ vel cerasa nunquam in usum veniunt medicum, quamvis viscosa sua substantia acrimoniam demulcere valeant; semina vero bina, sibi invicem parte plana cohærentia, & folliculo membranaceo tecta eo frequentius. Variæ nobis afferuntur Coffée species, quæ ratione bonitatis differunt; ex omnibus optima habetur, quæ ex Oriente affertur, atque *Caffée de Levante* appellatur, quæ cæteris est minor, & coloris pallidi; hanc sequitur alia viridiusculi coloris; infimæ notæ est, cujus semina sunt majora, ex albo flavescencia. *Ustulata, & in pulverem redacta, cum aqua coquuntur, & decoctum, addito Saccharo, fervens sorbillatur. Ad roborandum ventriculum, juvenandam coctionem, & spiritus excitandos, laudatur; virtute antihypnotica etiam celebratur. Convenit magis phlegmaticis, & illis, qui frigidioris sunt temperamenti, quam biliosis & macilentis.*

Colocynthis, fructu rotundo minor, Coloquinte, Colequinten. Adscribitur plantis pomiferis, & a cæteris cucurbitaceis folio, in profundas laciniâs dissecto & fructu amaro, differt. Fructus, Pomi mediocris magnitudinis, cortice cingitur duro, flavo, quo vero, antequam ad nos venit, orbat; tur;

tur; in substantia alba, levi, fungosa, semina albicantia, plana includit. In Syria & cæteris orientalibus regionibus provenit. Eligatur a cortice exteriori mundata, alba, levis. *Vehementissimam vim habet purgantem, ut suspectis mulierculis nunquam dari debeat. In substantia nunquam, sed in vino infusa & in petia ligata, atque in compositione Trochiscorum Albandal, qui inde parantur, medico inservit usui. Optimum, vires drasticas Colocynthidis corrigens, habetur Nux Moschata vel Macis.*

Corna, arboris, Corni hortensis, Corni arboreæ, umbellis involucrum æquantibus Linnæi, fructus exsiccati, *Cornouilles, Cornel-Kirschen, Nuhr-Kirschen, Dürhüsen.* Floret arbor, quæ in hortis colitur, mense Martio, fructus vero maturos mense Julio perficit. *Refrigerant & siccant, & in fluxionibus alvi, atque ad sitim restinguendam commendantur. In decoctis adhibetur fructus exsiccatas; ex recentibus Roob Cornorum paratur.*

Cubebæ, vide Aromata.

Cupressi Nuces, *Noix de Cypres, Cupressen-Nüsse.* Sunt coni arboris *Cupressi, foliis imbricatis erectis Linnæo*, quæ in Cræta insula copiose provenit, atque apud nos frequenter in hortis colitur, & perpetua fronde viret. *Nuces sive coni adstringunt; in diarrhæa, mictione involuntaria, & ubi adstrictione opus est, vel in pulvere, vel infuso ac decocto tam interne, quam externe adhibentur.*

Cydonia exsiccata, *Coins secs, gedörnte Quitten.* Sunt fructus arboris *Cydoniæ, Pyri foliis integerrimis Linnæi.* Colitur in hortis & vineis; floret Aprili & Majo; fructus Octobri maturat. *Adstringunt & roborant, sitim & æstum temperant. Vulneribus, telis vel aliis instrumentis bellicis intoxicatis, influctis, bono cum effectu imponitur cataplasma, ex carne cydoniorum cocta, quod & de Succo Cydoniorum Forestus affirmat.*

Cynosbata, *Cynorrhodons, ou Gratte-cu, Hüsten, Hagenbutten.* Sunt fructus *Rosarum silvestrium*, exemptis seminibus & lanugine absterfa, siccati. *Adscribitur eis vis diuretica, aperitiva; laudantur ad sodam sive ardorem ventriculi in pulvere exhibiti, & a nonnullis in decoctis pro potu adhibentur.*

Dactyli, *Dactes, Dattes, Datteln.* Sunt fructus *Palmæ majoris, vulgaris, dactyliferæ, Phœnicis frondibus pinnatis, foliolis alternis ensiformibus basi complicatis, petiolis compressis, dorso rotundatis, Linnæi.* Vocantur etiam *Palmulæ & Caristæ.* Figura sunt oblongi, rotundi, Glandium majorum magnitudine & forma; includunt sub dulci carne nucleum durum, oblongum, per longitudinem sulcatum. Nascuntur in Syria, & Ægypto, aliisque calidis orientalibus provinciis. Eligendi sunt magni, fulvi, parum rugosi, molles, carnosissimi, saporis mellei, vinosi. *Vires habent demulcentes; hinc in catarrhis, tussi & faucium asperitate, calculo, nephritide & dysuria utiles sunt.*

Ebuli Baccæ exsiccatæ, *Attich-Beer.* Vide Semen Ebuli.

Faba S. Ignatii, Faba febrifuga, Nux Vomica legitima Serapionis Camelli, *Fève de S. Ignace, St. Ignatius Bohnen.* Sunt semina oblonga, Avellanæ nuci cum putamine æqualia, nonnunquam paulo majora, nodosa, durissima, corneæ quasi substantiæ, saporis intense amari, coloris glauci. Nascitur in planta cucurbitifera, *Malabathri folio scandente, Catolongay &*

Contava Philippinis Orientalibus dicta; in uno fructu viginti & plures hujusmodi fabæ reconduntur, molli flaventeque pulpa ab invicem distinctæ. Facile fiunt cariosæ, quæ rejiciendæ. *Venenis resistere, febres quartanas curare, urinam & menses provocare, creditur. Nimis largam dosim vertiginem & vomitus, sudores frigidos, & animi deliquia excitasse, Rajus in H. Pl. auctor est. Dosis in substantia grana sex, adultiori etiam grana decem dari possunt. Vino infusa amaritie illud, Centaurii minoris instar, inficit.*

Gallæ, Noix de Galle, Galläpfel. Plerumque inter fructus ponuntur; sunt vero excrementiæ morbosæ a puncturis insecti cujusdam, ovula deponentis, ortæ. In robore, quercus specie, nascuntur. Præferuntur cæteris illæ, quæ ex Aleppo & Smirna advehuntur, atque nigræ, nodosæ, aculeatæ, ponderosæ & minores sunt; flavescens vero magnæ & leves improbantur. *Virtutis sunt adstringentis, & pro febrifugo habentur. Decoctum ad examinandas aquas minerales inservit, & cum Vitriolo Martis exhibet atramentum.*

Glandes quercinæ, Glands, Eichen. Fructus arboris notissimæ, quercus vulgaris. Diversæ sunt quercus species, quæ tamen omnes virtute conveniunt, glandes vero vel magnitudine, vel sapore distinguuntur. *Esculus dulces habet glandes; Ilex & ceteræ amaras. Virtute pollent adstringente, & in alvi fluxionibus atque urinæ incontinentia commendari solent.*

Grana Kermes, Grana Tinctorum, Kermes, ou Graines d'Ecarlate, Scharlach-Beer, Carmesin-Beer. Eandem originem, quam Gallæ, habent, & in foliis *Ilicis coccigeræ aculeatæ*, e puncturis & depositione ovulorum insecti cujusdam nascuntur. Ex Monspelienfi agro ad nos veniunt. Eligenda sunt grana rubicundo-fusca integra. *Ex his granis Succus vel potius Syrupus Chermes & Confectio Alkermes parantur. Modice adstringunt, & cardiaca creduntur.*

Grana Paradisi, vide inter Aromata.

Grana Tiglia, Pignons d'Inde, ou Graines de Tilli, Purgier-Rörner. Sunt *Ricini Indici* arborescentis, *Pavana* incolis & *Croton foliis ovatis glabris acuminatis serratis, caule arboreo, Limæo* dicti, fructus oblongi, ovales, Ricini vulgaris magnitudine, coloris cinerei, putamine tecti, quod condit nucleum saporis acris. Seritur & colitur in Malabaria hæc arbor, & magni ab incolis æstimatur. Truncus suppeditat *Lignum Moluccense*. *Vebementer purgant, hinc personis suspectis nunquam, & aliis summa cum circumspectione dari debent; serum potenter educunt, & in hydropse nonnunquam laudabilem præstiterunt effectum. Ob excedentem acredinem, fauces, palatum, & nonnunquam anum inflammant. Corrigitur Succo liquiritiæ, aromatibus vel viscosi. Dosis granum unicum fructus, vel grana sex ponderis medicinalis.*

Granatorum poma, vide Cortices.

Hederæ Baccæ, Bayes de Lievre, Eppheu-Beer. Sunt fructus *Hederæ* arboreæ corymbosæ, seu fructibus in corymbos digestis. *Purgant per superiora & inferiora; laudantur ad febres intermittentes, & philtora. Dosis drachma dimidia ad integram, ex aceto vel vino.*

Hippocastanum vulgare, Castanæ equinæ, folio multifido, Æsculi floribus heptandris, Linn. Marons d'Inde, Noß-Câsten, wilde bittere

bittere Castanien. Arbor olim in Germania rara, nunc frequenter occurrit. Nucleus in pulverem redactus præbet errbinum, & serum copiosum e naribus educit, atque hemicranicos dolores nonnunquam mitigasse compertum est. Cæterum equis unhelosis & tussientibus, cum pabulo exhibitus, opem fert.

Jujubæ, Jujubes, rothe Brustbeer. Sunt fructus arboris *Ziziphi*, sive *Jujubæ majoris*, magnitudine olivari, coloris rubri, saporis dulcis, mucilaginosi, continentes ossiculum unicum. In Italia, Hispania & Botanophilorum hortis colitur. A *Linnæo*: *Rhamnus, floribus digynis, aculeis geminatis rectis, foliis ovato-oblongis*, vocatur. Eligantur recentes, succulentæ, non putridæ ac cariôsæ. Demulcent & humectant; exhibentur in decoctis, maxime pectoralibus.

Juniperi Baccæ, Juniperi foliis sessilibus patentibus, Linn. Bayes de Genevre, Wachholder-Beer. Sunt fructus Juniperi vulgaris, ubique in silvosis, montosis, & ericetis obviæ, flores a fructu sunt remoti. Colligantur baccæ maturæ, magnæ, nigræ, resinôsæ. Incidunt, resolvunt, urinam cient, carminativæ & alexipharmacæ sunt.

Lauri Baccæ, Bayes de Laurier, Lorbeer. Arboris *Lauri latifoliae* fructus rotundus, nigricans, sub putamine tenui nucleum geminum includens, saporis amari, aromatici. Arbor habet flores pentapetalos, fructum per maturitatem siccum, monococcum. Sponte gignitur in Italiæ sepibus & silvis; colitur apud nos in hortis. Menses & urinam cient; in affectionibus colicis, & ventriculi frigidis conducunt. In colica loebiali raro tutæ. Dosis in pulvere scrupulus semis.

Mespili Fructus exsiccati, Mespili foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosus, calycibus acuminatis, Linn. Nefles seches, gedörzte Mespeln. Fructus arboris ejusdem nominis, folio laurino non serrato. Colitur in hortis; floret Majo & autumno fructus absolvit. Refrigerant & adstringunt; arilli laudantur ad calculum.

Myrobalani Belliricæ, rotundæ, Myrobalans Bellirics, Bellirische Myrobalanen. Gallarum majorum magnitudinem, figuram rotundam, nonnunquam angulosam obtinent.

Myrobalani Chebulæ, Myrobalans Chebules, grosse schwarzebraune Myrobalanen. Omnium sunt maximæ, oblongæ, rugosæ. Ex arbore Myrobalanifera, Persici folio, colliguntur.

Myrobalani citrinæ, Myrobalans citrines, gelbe Myrobalanen. Sunt arboris, Sorbi folio, Myrobalaniferæ fructus oblongi, rotundi, pentagoni, rugosi, Chebulis Myrobalanis minores.

Myrobalani Emblicæ, Myrobalans emblics, Utschfarbe Myrobalanen. Fructus arboris, foliis minutim incisus, rotundi, nigri, sessiles, sexangulares. *Linnæus* arborem, quæ hunc fructum fert, vocat: *Pbyllanthum foliis pinnatis floriferis pedunculatis, caule arboreo, fructu baccato.*

Myrobalani Indæ, Myrobalans Indiens noirs, Indianische schwarze Myrobalanen. Arboris Myrobalaniferæ, Salicis folio, fructus oblongi, superficie octangulari, rugosi, solidi & duri, intus & extus coloris nigri. My-

robalaniferæ arbores nondum satis innotuerunt; ad Pruniferas referuntur, & in multis Indiæ Orientalis regionibus reperiuntur. Eligendæ sunt carnosiores & ponderosiores. *Adscribebant veteres Myrobalanis citrinis bilem flavam, Indis bilem atram, Chebulis, Belliricis & Emblicis pituitam & bilem educendi facultatem.*

Myrti Baccæ, Bayes de Myrte, Myrten-Beer. Sunt fructus *Myrti communis Italicæ*, oblongi, nigri, umbilicati, triloculares, multis seminibus reniformibus foeti, saporis acerbi, adstringentis. Advehuntur ex Italia & Gallia. *Refrigerant & adstringunt; tam interne, quam externe adhibentur; raro tamen in usum veniunt, & plerumque Baccæ Myrtilli, seu Vitis Idææ illis substituuntur.*

Myrtilli exsiccati, Baccæ Vaccinii foliis ovatis ferratis deciduis, caule angulato Linn. Bayes de Myrtille, d'Airelle, Heidelbeer. Planta in ericetis nascitur; floret Majo, flos urceolum refert, & mense Julio & Augusto fructus maturantur. *Frigidi sunt & subadstringunt, febrium calorem mitigant, & in decoctis, quæ pulchro colore inficiunt, adhibentur.*

Nuces Vomicae, Noix vomiques, Krähen-Augen. Semina sunt *Solani arborei Indici maximi, foliis Oenopliæ majoribus, fructu rotundo, duro, rubro, seminibus orbicularibus, compressis, maximis, in Horto Malabarico Caniram appellatæ. Linnæo vocatur: Strychnos foliis ovatis, caule inermi.* Ex Malabaria advehuntur; sunt orbiculatæ, cornea duritie, colore cinereo. *Veteres pro alexipharmaco Nuces Vomicas habuerunt; merito vero inter infida a recentioribus ponuntur medicamenta: narcoticæ & virulentæ; canibus, felibus, corvis, aliisque brutis carnivoris præsentissimum sunt venenum.*

Nuclei Pineæ, Pigneoli, Pignons, Pinien-Nußlein, Zirbel-Nußlein. Arbor *Pinus sativa, Pinus foliis geminis: primordialis, solitariis ciliatis Linnæi,* quæ hos fructus fert, copiose in Italia crescit. Nuclei sunt oblongi, candidi, inclusi officulis crassis & duris, in squamato cono dispositis. Eligantur recentes, non rancidæ. *Demulcent, resolvunt & pinguefaciunt; phthysicis, tussi sicca & stranguria laborantibus, profunt.*

Paridis Baccæ, Bayes des raisins de Renard, Wolfs-Beer, Einbeer. Solani quadrifolii, bacciferi, sive Paridis herbæ sunt fructus. Flos in singula planta est unicus, perfectus, tetrapetalus, quem sequitur fructus solitarius. Floret mense Majo & Julio, & Augusto maturefcit; provenit in silvis & umbrosis. *Alexipharmacæ creduntur, & maniacis convenire.*

Passulæ majores, Uvæ passæ majores, Raisins de Damas, ou gros raisins, grosse Rosinen, Zibeben. Sunt *Vitis viniferæ* fructus, & ex Italia & Hispania ad nos veniunt; præferuntur tamen, quæ ex Syria advehuntur. Eligantur majores, pingues & recentes. *Temperatæ sunt, alvum laxant, acrimoniam temperant, ventriculo, pectori & hepati gratæ.*

Passulæ minores, Passulæ Corinthiacæ, Raisins de Corinthe, kleine Rosinen, Weinbeerlein, Corinthen. *Vitis Corinthiacæ, sive Apyrenæ,* fructus. Ex insulis Ægei maris advehuntur. *Ad æstum sitimque febrilem temperandam, & alvum laxandam in usum vocantur; plurimus usus est in decoctis.*

Per-

Perficorum Nuclei, *Noyaux des pêches*, *Pfersich-Kern*. Colliguntur ex fructibus maturis arboris Mali Persicæ. Commendantur ad præcavendum & pellendum calculum & sabulum. Anacollemata & emulsiones frontales ex his nucleis parata ad cephalalgiam & agrypniam laudantur.

Pistaciæ, Nuces pistaciæ, *Pistaches*, *Pistacien*, *Syrische Pimpernißlein*. Fructus arboris Pistaciæ peregrinæ, fructu racemoso, vel *Terebintbi Indicæ*, *Pistaciæ foliis impari pinnatis, foliolis retrorsum subfalcatis*, Linn. In Persia, Syria copiose hæc arbores proveniunt; nonnunquam etiam in Hispania & Italia coluntur. Fructus seu nuces angulosæ, oblongæ, Avellanæ magnitudinis, includunt sub putamine tenui, rufo, nucleum virescentem, oleosum, pellicula obductum rufescente, saporis subdulcis, grati. Eligantur recentes, ponderosæ, non rancidæ. *Roborant, pinguefaciunt, semen augent, & stomacho gratæ sunt.*

Pruna Damascena, Pruna magna atro-coerulea, dulcia, *Pruneaux doux*, *Zwetschen*, *Quetschen*. Fructus pruni omnibus notus. In officinis ad pulpam conficiendam, & pro decocto florum & fructuum requiruntur. *Refrigerant, humectant & alvum laxant.*

Sambuci Baccæ exsiccatae, Grana Actes, *Bayes de Sureau*, *Holz-lunderbeeren*. Fructus arboris notissimæ. *Sunt alexipharmacæ, sudoriferæ, diureticiæ, atque ad diarrhæam commendantur.*

Sebestenæ, Sebesten, Myxæ, *Sebestes*, *schwarze Brust-Beerlein*, *Sebesten*. Fructus est arboris in Syria & Ægypto nascentis, quæ Linnæo *Cordia*, *foliis subovatis, serrato-dentatis*, vocatur, calici insidens, acetabuli instar, concavo, pruno fere similis, minor tamen, nigricans, & sub pulpa carnosâ, dulci, mucilaginosa, nucleum includens. Eligantur recentes & carnosæ, situ non infectæ, quales tamen raro ad nos perveniunt; hinc eleganter officinæ his carere queunt, atque Jujubæ, quæ recentes haberi possunt, illis substitui, cum quibus etiam viribus conveniunt. *Demulcent & in catarrhis acris, urinæ ardore & biliosis febribus, in decoctis in usum veniunt.*

Siliqua dulcis, Ceratia, Xylocaracta, Caroba, *Carouge*, *Johannis-Sood-Brod*, *Bockshörnlein*. Fructus est arboris in regionibus calidioribus, Sicilia, Neapoli & Syria frequentis, flore apetalò, plurimis staminibus constante, ex divisuris calicis nascentibus; meditullium occupat pistillum, quod abit in fructum, seu siliquam planam, compressam, carnosam; folia sunt pinnata, lata, decidua. Linnæo vocatur: *Ceratonia*. Eligendæ sunt Siliquæ carnosæ, recentes. *Demulcendi & acrimoniam mitigandi habent virtutem; in decoctis pectoralibus & ordinariis, pro infantum potu, adhibentur.*

Sorbi Torminalis Baccæ, Cratægi foliis cordatis septangulis, Lobis infimis divaricatis, Linn. *Sorbes sechées*, *Speyerling*, *Urtas-Beer*, *Elster-Beer*. Sunt fructus Sorbi Torminalis, sive Cratægi folio laciniato, subtus incano, floribus & fructibus in umbellam congestis. Floret Majo, & fructum auctumno perficit. Nascitur in montosis, & ad silvam Martiam in dumetis nonnunquam occurrit. *Refrigerant & adstringunt fructus, atque ad calculum laudantur.*

Spinæ Cervinæ Baccæ, Rhamni cathartici seu solutivi, Spinæ

infectoriæ, Rhamni spicis terminalibus, floribus quadrifidis, Linn. *Bayes de Nerprun, Kreuz-Beer, Wegdorn-Beer.* Fructus sunt fruticis, flore monopetalo, infundibuliformi, foliis mali minoribus, in margine denticulatis. Succus baccarum recentium, addito alumine, virescit; amaricantis & nauseosi est saporis. Occurrit in sepibus & silvis; floret Majo, & fructus Octobri maturefcit. *E succo Baccarum maturarum recentium paratur Syrupus domesticus, & color viridis, qui Saftgrün appellatur. Baccæ exsiccatæ in pulverem tritæ, a drachma una, vel ad drachmas duas, in decocto exhibitæ, alvum movent, & inprimis Cachecticis & Artbriticis commendantur.*

Tamarindi, *Tamarinds, Tamarinden, saure Datteln.* Sunt pulpa fructuum e fusco nigricans, acidi saporis, filamentis lignosis pertexta, in qua latent officula dura quadrata, rubicunda, splendentia. Arbor *Siliquæ Arabicæ, Tamarindus* dictæ, florem habet rosaceum, ex plurimis petalis, in orbem dispositis, constantem, e cujus calice multifido surgit pistillum, quod deinde in siliquam compressam, aliam condentem, semine foetam plano, ut plurimum anguloso, abit; intervallum autem, quod inter duas siliquas occurrit, pulpa turget nigra & acida, quæ Tamarindos constituit. Provenit in Arabia felici arbor. Fructus ad nos non integri, sed pulpa saltem, adferuntur. Eligatur recens, nigra, rufescens, tenera, multis villis intertexta, pinguis & acida. *Refrigerant Tamarindi, humorum & inprimis bilis fervorem temperant, & blande educunt, sitimque sedant. Usus est in decoctis.*

Tribuli aquatici, Castanæ aquaticæ palustres, cornutæ, *Tribules aquatiques, Wasser-Nüsse, Stech-Nüsse.* Est fructus *Tribuloidis vulgaris, aquæ innascentis, Tournefortii; Trapæ petiolis foliorum natantium ventricosus, Linnæi.* Planta est flore rosaceo, ex cujus calice pistillum surgit, quod deinde cum calice abit in fructum subrotundum, aculeatum, unicapsularem, semine, Castanæ simili, foetum; folia sunt angulosa. Nascitur in aquosis. Floret mense Majo, & circa auctumnus fructus perficit. *Utuntur plebeji hac nucæ in pleuritide.*

Vainiglia, Vaniliæ, Vanillæ, Bainillæ, *Vanilles, Vanilien.* Siliquæ sunt compressæ, semipedem fere longæ, calami scriptorii majoris crassitie, coloris atro-fusci, saporis aromatici, odoris grati, quæ pulpam, seu medullam, cum minutissimis acinis, pinguem continent. *Vainilla* ab Hispanis, a vaginalium similitudine, vocantur. Fructus sunt *Volubilis siliquosæ Mexicanæ, foliis Plantaginis, & floribus nigricantibus, quæ Epidendrum foliis ovato oblongis nervosis sessilibus caulinis, cirrbis spiralibus. Linn. Angurek Kæmpf. & Tlaxochitl* Americanis dicitur. Ex America & inprimis nova Hispania advehuntur. Eligendæ sunt siliquæ pingues, recentes, aromatici saporis & odoris, dum recentes, gratissimi. *Creduntur virtutis roborantis & diureticæ; calefaciunt, flatu discutiunt, & concoctionem adjuvant. Vainillarum tinctura, spiritu vini extracta, ad melancholiam & phrenesin, remedium singulare & specificum habetur, quo multos, post methodos usitatas, incassum tentatas, sanatos esse, Raj. H. Pl. perhibet. Præparatur ex seminibus, cum sacchari albissimi tripla vel sextupla portione tritis; apud Hispanos celebris ille pulvis Vacaka dictus, quo ad Chocolatæ fragrantiam, in ipso haustu ex tempore exaltandam, utuntur.*

Uva Quercina, *Eichtraube.* Est excrescentia quædam, ad radices quercuum, ab insecti cujusdam puncturis, quod ovula deponit, orta, & quasi
Galla

Galla subterranea, in forma uvæ, conglomerata. *Vehementer adstringit, & in omnibus cum Galla convenit. Laudatur a nonnullis in dysenteria, sed, ob vim vehementer adstringentem, caute adhiberi debet.*

CAPUT VI. DE AROMATIBUS.

Anthophylli, *Meres de Girofle, Mutter = Nägelein.* Sunt arboris Caryophylliferæ fructus maturi, Caryophyllis crassiores & tumidiores, odoris & saporis pene ejusdem. Arbor colitur præcipue in insula *Moluccensium Ternata*, solo omnium aridissimo & siticuloso, ut vix siccior terra ulla inveniat, atque a *Rumphio* in *Herbario Amboinensi* sequenti modo describitur: „Arbor Anthophyllos & Caryophyllos gerens Lauro quodammodo similis est. „Trunco simplici anguloso, versus inferiora ut plurimum diviso, gaudet; Cor- „tex est glaber, tenuis, coloris ex cinereo lutei; Folia laurinis longiora & an- „gustiora, bina semper opposito situ conspicua, ita, ut cum sequenti pari cru- „ciatim ponantur, in ambitu integerrima, superius obscure viridia; splenden- „tia, inferius flava. Mense Majo tenera folia propullulant, & simul floris & „fructus rudimenta evolvuntur. Quarto deinde subsequente mense comple- „tam Caryophyllorum dant speciem. Fructus rudimentum sensim læte viri- „dem deponit colorem, atque pallide flavum induit, qui demum in sangui- „neum transit. Flore evoluto fructus nondum maturi aromaticam, quam ex- „optamus, vim habent, tamen ad propagationem apti non sunt. Ad matu- „ritatem accedentes, amplum acquirunt ventrem, quatuor anguli antea in ca- „pitulo immaturi fructus conspicui, sese contrahunt, & color iterum in viri- „dem mutatur. Tum demum nucleum durum continent, & Caryophylli ma- „tres, sive Anthophylli dicuntur. Caryophylli fructus tres dantur species: „Prima parum rubet; altera, minor præcedente, sanguinei est coloris: ter- „tia, quæ fœmina dicitur, alba est, parum rubens, omnes vero aromaticæ „indolis. Caryophylli olim in Moluccis insulis tantum inveniebantur; nunc „vero in Amboina majori cura, quam in naturali ipsorum patria, coluntur. „Arbusculæ juniores, arborum silvestrium umbra obteguntur, adultiores ve- „ro factæ requirunt, ut arbores assitæ extirpentur. Minime vero credendum „est, ac si arbores propinquæ calida Caryophyllorum natura, destruerentur. „Ex fructibus maturis sive Anthophyllis arbor sponte se propagat, & arbuscu- „læ inde natæ transplantantur. Anthophylli ipsi ne quidem per octo dies in „ædibus vegeti possunt conservari, statim enim exsiccantur, & nunquam ger- „minant. „Cæterum, quoad characterem, arbor Caryophyllus pertinet ad plantas flore rosaceo, quatuor petalis, in orbem positis, calici insidentibus. Filamenta sunt plurima, perianthium ovale, & semen unicum. *Anthophylli vivibus cum caryophyllis aromaticis conveniunt, & imprimis ad hystericos affectus laudantur.*

Cardamomum maximum, vide Grana Paradisi.

Cardamomum minus, officinale, C. B. *Petit Cardamome, fleine Cardamomen, Cardamemelen.* Variæ species sunt Cardamomi, & vel in capsulis, sive siliquis seminalibus, brevibus, triangularibus, vel digitum fere longis, triquetris, pallidis, vel granis angulosis, fuscis advehuntur, & nobis, sub nomine Cardamomi minoris, venduntur. Planta, in qua nascuntur hæc

grana, a *Rajo* ad graminifolias floriferas, flores & racemos fructuum in caule peculiari, non folioso, ex radice orto, ferentes, refertur. A *Linnæo* vocatur: *Amonum scapo bracteis alternis laxis caule brevioris*. Flores habet tetrapetalos, difformes, albos, luteo colore distinctos, odoris aromatici, suavissimi, ovario insidentes; fructus est trilocularis, polyspermus. Præfertur *Cardamomum minus*, thecis minoribus inclusum, recens, oleosum, saporis suavis, aromatici, odoris grati. Tam in orientalis, quam occidentalis Indiæ regionibus, præcipue in Malabar provenit; *Cardamomum majus* vero in siliquis longioribus ut plurimum ex Java advehitur. *Utrumque calefacit, attenuat, flatus discutit, coctionem juvat, & urinam ciet.*

Caryophylli Aromatici, Cloux de Girofle, Girofles, Nelken, Gewürz-Nägelein. Sunt fructus immaturi, vel potius germina cum calicibus florum arboris Caryophylliferæ, *Ts-binka* dictæ. Capitellum seu sphaerula, quæ Caryophyllo insidet, est rudimentum floris ex quatuor petalis constantis, quæ complicata firmissime Caryophyllis adhærent, quando manu decerpuntur, vel arundinibus decutiuntur, colliguntur & cratibus impositi atque latis foliis Ari tecti, per aliquot dies fumo macerantur, & deinde in sole exsiccantur. Si vero Caryophylli diutius suis surculis adhærent, petala expanduntur, coloris cœrulei, lineolis albis notata, stamina autem purpurei sunt coloris, & paucas post septimanas in Anthophyllos abeunt. Eligendi sunt oleosi, saporis fervidi, & odoris suavis. Plura reperiuntur sub titulo *Anthophyllum*. *Usus Caryophyllum tam in medicina, quam in culinis, frequentissimus est: Cardiaci, cephalici & stomachici sunt; calefaciunt & discutunt. Ad febres intermittentes, cortici Peruviano additi, laudantur.*

Caryophylli rotundi, vide Semen Amomi.

Cassia Caryophyllata, Canella Cubana Jonst. Ecorce de Girofle, Nelken-Rinden, Nelken-Zimmet. Est cortex tenuis, ex rufo ferrugineus, in modum tubuli convolutus, sapore & odore caryophyllaceo. Arbor est Myrti species, & a Botanicis *Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis*, sive *Caryophyllus aromatica Americana, Lauri acuminatis foliis*, a *Linnæo Myrtus foliis obverse ovatis*, vocatur; Americanis vero *Canninga* dicitur. In Cuba insula, montosis Jamaica silvis, & aliis Indiæ occidentalis regionibus provenit. Eligatur cortex recens, odoratus, & saporis acris, caryophyllacei. *Virtute cum Caryophyllis convenit, inferioris autem efficaciam & pretii.*

Cassia lignea, Xylo-cassia, Casse, Mutter-Zimmet, Cassien-Rinden. Est cortex arboris *Canelliferæ, Malabaricæ*, cujus folium *Malabathrum officinarum*. Character arboris cum *Cinnamomi Zeilanica* arbore fere idem est; *Linnæana* descriptio, qua *Laurus* est *foliis lanceolatis trinerviis, nervis supra basin unitis*, vix eam a *Cinnamomi* arbore distinguit, unde saltem loco natali differre nonnullis visa est. Cortex lignosior, odore & sapore plerumque debiliore, & magis mucilaginoso, a vero *Cinnamomo* differt. Hinc a *Breyn. Prodr. II. Arbor canellifera Indica, cortice acerrimo, viscido, seu mucilaginoso, quæ cassia lignea, officinarum* vocatur. *Virtutes sunt Cinnamomi, sed longe debiliores, & ob mucilaginem, quam condit, non adeo diu durantes. Quo magis ad Cinnamomum accedit, eo melior habetur.*

Cinnamomum, Canella Zeylanica, Canelle fine, Zimmet, Canell. Est cortex tenuis, ab exteriori pellicula alba purgatus, cannulatus, coloris

ex flavo rubescentis, saporis acris, subdulcis, grati, odoris fragrantissimi. Arbor, ex qua colligitur, ab Illustr. *Linnaeo*, *Laurus foliis oblongo-ovatis, trinerviis, basi nervos unientibus*, in *Mat. Med.* vocatur. Nascitur in *Ceylon*, vel *Zeylan*, insula Indiae orientalis, & ad arbores fructu caliculato refertur, foliis oblongis, trinerviis, nitidis, planis, ex adverso binis, flosculis monopetalis, in sex lacinias divisis. Fructus glandi quernae similis, a calice excipitur. Eligendum est *Cinnamomum longum*, saporis acris, & odoris fragrantis. *Calefacit, siccatur, roboratur, menstrua movet, partum accelerat, & in omnibus affectionibus frigidis locum invenit; praestantissimum est cordiale.*

Costus corticosus, Canella alba, Canelle blanche, weisser Zimmet. In oblongos tubulos convolutus, ab exteriori cortice purgatus, tam foris, quam intus, albicans, *Cassia lignea crassior*, ad nos venit. Saporis est aromatici, acris, odoris grati. Est arboris bacciferae, laurifoliae, aromaticae, fructu viridi caliculato, ramoso, cortex. Flos est pentapetalus, coloris coccinei, baccae tetrapyrenae caliculis insident. Nascitur in insula *Jamaica* & aliis *Americae* regionibus. Plurimi distinguunt hanc corticem a *Cortice Winterano*, nonnulli vero pro uno eodemque habent, inter quos: *Linnaeus, Crazzius, Gleditschius &c.* *Calefacit & siccatur, incidit, scorbuto medetur, & vomitus sistit, ventriculum roborando.*

Crocus, Safran, Safran. Est pistillum ovarii in tres lacinias fissum, non ipse flos, neque stamina floris. Planta est radice bulbosa, foliis angustis, gramineis, linea in medio alba, secundum longitudinem decurrente; Flores nudi, erecti, ab ipsa statim radice orti, absque pediculis herbaceis, monopetali, in sex partes ampliati, stamina tria: Capsula seminalis subrotunda, trilobularis: semina plura, rotunda. Floret autumnali tempore, & colitur in regionibus temperatis, in *Gallia, Anglia, Germania*, & praecipue in agro *Vienensi*. Optimus est *Austriacus & Anglicus*, & praesertim ille, quem provinciae *Essex & Cambridge* producunt. Notae bonitatis sunt filamenta, neque nimis pingua, neque nimis marcida, coloris purpurei, ad aureum inclinantis, sapor amariusculus, acris, odor fragrans & parum acris, & si exigua quantitate magnam aquae quantitatem tingit. *Vires sunt anodynae, cordiales, pneumonicae, uterinae. Dosis grana tria, ad duodecim.*

Cubebae, Cubebes, Cubeben, Schwindel-Körner. Sunt grana rugosa, exiguo petiolo praedita, piperis magnitudine, coloris cinerei, intus quodammodo cava, & parvum nucleum continentia, odoris fragrantis, saporis acris, aromatici, subamari. Cujus plantae sint fructus, nondum certe constat. Creduntur esse fruticis convolvulacei *Javanensis, Carane* dicti. Ex *Java* insula advehuntur. Eligantur majores, recentes, ponderosae & oleosae. *Calefaciunt, incidunt, discutiunt, nervos roborant, flatum pellunt, & specificam vim contra vertiginem habere creduntur, ad apoplegmatis uti adhibentur, atque aphrodisiacis adnumerantur.*

Galanga major, Grand Galanga, grosser Galgant. Est radix tuberosa, pollicis crassitie, nodosa, geniculata quasi, fusca, intus rufescens, saporis acris, amaricantis, odoris aromatici. Venditur pro radice plantae *Indicae, Barbabae* dictae, quae cum *Cannacoro*, vel *Canna Indica* convenire, a *Celeb. Barbavio* in *Hort. Lugd.* traditur. *Linnaeo* vocatur: *Kempferia foliis ovatis sessilibus*, & *Galanga minor* a majori specie non differre creditur. Ad-

vehitur ex Malabaria & Java. Eligantur radices recentes, non cariosæ, & non adeo lignosæ.

Galanga minor, *Petit Galanga*, *kleiner Galgant*. In omnibus cum præcedente convenit, nisi quod minor & paulo acrior sit. Sponte in China, ubi *Lagondi* vocatur, nascitur. De charactere plantæ nihil certi constat; plurimi ad graminifolias referunt. Eligendæ sunt radices minores, ponderosæ, non fibrosæ, odoratæ, non cariosæ. *Præfertur Galanga minor majori, ac in cruditate ventriculi & vertigine valde laudatur. Specificum etiam est emmenagogum. Vin habet incidentem, roborantem & attenuantem, atque virginibus, ob retentionem menstruorum pallescentibus, utiliter exhibetur.*

Grana Paradisi, Cardamomum maximum, Melaguette, *Graines de Paradis*, *Grand Cardamome*, *Paradies-Körner*. Sunt grana triquetra, parva, foris spadicei coloris, intus albi, saporis acris, fervidi, sicut Piper. Planta, ex qua colliguntur hæc grana, nondum satis cognita est. *Rajus* tamen in *Hist. Plant.* mentionem facit *Cardamomi Surinamensis*, cujus descriptio cum Granis Paradisi convenit. Et *Linnaeus* vocat *Amomum caule ramoso*. Radix est crassa, oblonga, tuberosa, saporis aromatici expers, caulis & folia Zingiberis silvestris. Flores non in summitate caulis, sed scapo peculiari, e radice seorsim prodeunte, in parva spica dispositi. Fructus pruni majoris magnitudine & forma, in tres partes dehiscunt, quorum cortex cœruleus, carnosus, plane aromaticus includit semina, grana Paradisi tam facie, quam sapore ad amissimam referentia, sextupli serie, secundum fructus longitudinem, eleganter disposita. Singulis seminum interstitiis interjacens substantia alba fungosa, qualis in fructu Cardamomi cernitur. Ex Oriente magna ejus quantitas advehitur. *Calefaciunt & incidunt, atque cum Pipere magis conveniunt, quam Cardamomis; hinc abusive Cardamomo majori substituuntur.*

Macis, *Macis ou fleurs de Muscade*, *Muscaten-Blüthe*. Non est flos, sed involucrium, quod secundo putamini, duro, Nucis moschatæ, instar reticuli, circumducitur, coloris ex aureo rufescentis. Eligenda recens, integra, magna, colore saturato, rubescente, odore suavi, sapore subacri; pinguis & oleosa. *Stomachica, uterina & carminativa est.*

Nuces moschatæ, Myristicæ, Nucistæ, *Muscades*, *Muscaten-Nüsse*. Arbor, in qua crescit, ab Indis *Pala*, *Pongopala*, & a *Linnaeo*: *Myristica* vocatur. Provenit in insula Banda. Tradunt, piri habere magnitudinem, corticem griseum, lignum porosum, folia nervosa; florem pentapetalum, qui cum basi fructus cohæret. Ipse fructus est solitarius, pediculo brevissimo, & a reliquis hujus generis, triplici integumento, & nucleo inprimis, exterius rugoso, pulpa interiore, venis flavo-rubentibus variegata, aromatico differt. Nuces moschatæ sunt vel majores, vel minores, rotundæ vel oblongæ; præferuntur rotundæ: oblongas silvestres esse putant, rotundas domesticas. Eligendæ ponderosæ & pingues, quæ acu candefacta punctæ oleum emittant. *Calefaciunt, subadstringunt; stomachicæ, cephalicæ, uterinæ & anodinæ sunt.*

Piper album, rotundum, *Poivre blanc*, *weisser Pfeffer*. Sunt grana albida, rotunda, non rugosa; a nonnullis pro fructu ejusdem plantæ, in qua Piper nigrum crescit, habetur, & artificio quodam decorticari traditur. Eligantur scilicet grana Piperis nigri majora, & aqua marina maceratis cortex

exterior niger detrahitur. *Jonstonius* & alii, peculiarem, quæ Piper album profert, esse plantam, perhibent, eamque non nisi in Malabaria & Malacca, provenire. *Viribus cum pipere nigro convenit, attamen non adeo est acra.*

Piper Jamaicum, vel Jamaicense, vide Semen Amomi.

Piper nigrum, rotundum, Malabaris Molagocodi, Piper foliis ovatis septinerviis glabris, petiolis simplicissimis, Linn. *Poivre noir, schwarzer Pfeffer, Pfeffer-Körner.* Est fructus plantæ scandentis, foliis nervosis, subrotundis, acuminatis, flosculis monopetalis, tripartitis, racematim digestis, fructu rotundo, monopyreno, racemoso. Colitur in Malabaria, Java & multis Indiæ orientalis regionibus. Eligenda grana majora, pulvere & aliis quisquiliis non mixta. *Piperis usus multus & frequens est in culinis, varior in Medicina; sunt, qui grana integra piperis deglutita pulveri præferunt, & ad febrem quartanam maxime suadent. Vires habet calefacientes, incidentes & resolventes. Suis est noxium & quasi venenum.*

Piper Hispanicum, *Poivre d'Espagne, Spanischer Pfeffer.* Est fructus, seu siliqua *Capsici*, sive *Piperis Indici, Capsici annui Linnæi.* Planta florem habet monopetalum, stellatum, multifidum; pistillum ex calice surgens abit in fructum mollem, membranaceum, in duo loculamenta divisum, seminibus compressis foetum. Variæ sunt species *Capsici*; ex his tamen plerumque in usum veniunt siliquis propendentibus, & erectis longioribus. Frequenter in hortis colitur, floret Augusto, & fructus siliquosus, coloris rubri vel lutei, autumnino perficit. *Ferventissimi est saporis, & vix unquam in Medicina adhibetur. Vires habet piperis incidentes & attenuantes. Apud Indos & etiam nonnullos Europæos familiare est, siliquas nondum perfecte maturas in aceto & saccharo coquere, atque iis condimenti loco uti. Acetum his siliquis conditum citius acescit, diutius durat, & a vappa præservatur, quod etiam tinctoribus, qui colorem nigrum, pro tingendis linteis, Capsico condiunt & conservant, notum est.*

Piper longum, Macro-Piper, *Poivre long, langer Pfeffer.* Est fructus oblongus, teres, cinerei coloris, figuræ julorum Coryli, e numerosis, vermiculato plexu dispositis granis minutim compactus. Planta, quæ Linnæo vocatur: *Piper foliis cordatis petiolatis sessilibusque*, est sarmentosa, foliis latis, subrotundis, nervosis, acuminatis, flosculis monopetalis, quinquepartitis, fructus, uti diximus, longus, teres, aggregatus, saporis fervidi & amaricantis est. Colitur in Malabaria, Java, & aliis regionibus Indiæ, indeque nobis advehitur. *Potentius est pipere nigro; sumendum igitur, ubi in compositionibus piperis mentio fit. Incidit, attenuat, resolvit, digestionem promovet. Ad Theriacæ Mithridatii & Diascordii compositiones requiritur.*

Zedoaria, Zedoire, *Zittwerwurzel.* Radix est tuberosa, nodosa, cinerea, saporis acris, amaricantis, odoris ad Camphoram accedentis, fragrantis. Apud Auctores Zedoariæ longæ & rotundæ fit mentio, quas tamen non inter se differre, nisi quod ejusdem radicis partes sint diversæ, aliis videtur. Notæ plantæ sunt folia longa, nervosa, flores pentapetali, in singulari scapo. Linnæus eam vocat: *Kæmpferiam, foliis lanceolatis petiolatis.* Ex India Orientali, China & Zeylon ad nos transfertur. Eligenda ponderosa, non cariota, & quæ odoris est fragrantis. *Alexipharmaca est, calefacit, siccatur, in colicis doloribus prodest, menses movet, & vermes enecat. Dosis est a granis quinque ad decem.*

Zingiber Album, Infchi, vel Infchikua Hort. Malab. *Gingembre blanc*, *Jngwer*, *weisser Jngwer*. Radices sunt ramosæ, nodosæ, compressæ, pallidæ, saporis fervidi, odoris aromatici, a cortice exteriori aliquantum liberatæ.

Zingiber, Gingiber, Zinziber vulgare, *Gingembre*, *gemeiner Jngwer*. Ejusdem plantæ radices sunt, infusione cum aqua fervida ita paratæ. Facile enim vel vermibus arroditur Zinziber, vel, dum adhuc recens est, inter siccandum germinat; hoc, ut impediunt cultores, recentes & a fibris mundatas radices aqua ferventi infundunt, & postea solis vel fornacis calore exsiccant. Quo fit, ut faciem quasi corneam interior earum substantia induat. Zinziber vero album, detracto cortice ex parte, sine immersione, siccat, atque majori indiget cura & labore. A plerisque ad Iridum classem refertur Zinziber, & Iris latifolia tuberosa, flore albo, quæ Zinziber est, vocatur. Notæ Zinziberis sunt: radix tuberosa, folia Cannacori, flos in scapo singulari, pentapetalus, difformis, quasi bilabiatus, insidens ovario trigono triloculari. Plantam *Linnæus* vocat: *Amomum scapo radicato*, *spica ovata*. Copiose provenit & colitur Zinziber tam in orientalis, quam occidentalis Indiæ regionibus. Eligatur minus fibrosum, ponderosum, non cariosum. *Incidendi, attenuandi & roborandi vim habet; commendatur hydropicis, serosis, cachecticis; additur quoque purgantibus, & inprimis foliis sennæ, ad corrigendam eorum flatulentiam & veherentiam.*

CAPUT VII.

DE CORTICIBUS.

Cortex Acaciæ Germanicæ radicum, *Ecorce de prunier sauvage*, *Schlehdornwurzel = Rinde*. Colliguntur auctumnali tempore. Adstringunt et refrigerant; in gargarismatibus, ad uvulæ, & in balneis, ad uteri, & ani laxitatem adhibentur. In Act. Ph. Med. Vol. V. etiam ad febres intermittentes decoctum eorum laudatur.

Aurantiorum, Arantiorum, Pomorum Aurantiorum, *Ecorce d' Orange*, *Pomeranzen = Schalen*. Sunt cortices fructuum *Mali Aurantiæ*, quæ adnumeratur arboribus pomiferis, *fructu corticoso molliori*. Notæ speciales sunt, arbor fruticosa, foliis semper virentibus, glabris, acuminatis, odoratis, floribus pentapetalis, albis, odoratis, semina utrimque acuminata, in carne succulenta. Provenit in regionibus calidioribus, Lusitania, Hispania & Italia; colitur & in hortis apud nos. Cortices eligendi sunt amari, recentes, non situ corrupti. Qui ex insula *Curassao* advehuntur cortices Aurantiorum, Europæis multo sunt præstantiores. *Vires habent tonicas, carminativas, & antiscorbuticas. Liberati ab interna fungosa albida substantia ingrati saporis, suppeditant, quod in officinis vocant Flavedinem Corticum Aurantiorum.*

Capparis vide Radix.

Cascarillæ, Chacarillæ, Clutiæ, foliis cordato-lanceolatis,

tis, Linn. Hort. Clifford. *Chacarille*, *Chagrillen-Rinde*. Sunt grysei extus, ferruginei intus coloris, saporis acris & amari, fragrantis, maxime, si accendantur, odoris quasi moschati. Magna huc usque inter *Materiae Medicæ* Scriptores lis fuit, qualis Planta sit, quæ *Chacarillam* profert? Tandem *Marcus Catesby*, Anglus, in *Historia Naturali Carolinae Floridæ & insularum Bahamæ*, tradit: esse illam *Ricinoidem*, *Elæagni folio*, copiose in plurimis Bahamæ insulis crescentem; raro altitudine decem pedes attingere, vixque crassitie pedem superare; folia esse oblonga, angusta, acuminata, pallide viridia. In extremis ramificationibus, e calicibus, surgere flosculos exiguos, hexapetalos, albicantes, flavis apicibus; hoc excipere baccas ex albo viridescentes, distinctas in tres loculos, magnitudine pisii, quæ tria semina nigra continent, in singulis loculis unum. Collectio corticis fit, resecto circa radicem cortice, ut nutritionis defectu, reliqua pars a trunco & ramis soluta, decidat. Crescit non solum in Florida & Bahamæ insulis, sed & in Peru, & magna quantitate ad nos vehitur. Eligendi cortices odorati & resinosi quasi. *Vires sunt blande sedativæ, balsamicæ, tonicæ, diapnoicæ & discutientes.*

Cortex Chinæ Chinæ, Kinkinæ, Peruvianus, Antifebrilis, Antiquartius, Febrifugus, *Quinquina*, *Chine Chine*, *China China*, *Fieber-Rinde*. Cortex est crassitie mediocris, scaber, parum canescens, aliquando musco obductus, intus lævis, coloris e fusco rufescentis, saporis adstringentis, parum aromatici, amari. Arbor corticem hunc nobilem elargiens, Americæ civis est, atque maxime in Peruanis montibus, *Cajanuma* dictis, duo milliaria ab urbe *Loxa* distantibus, provenit, a *Linnaeo Cinchona* vocatur. Ramum cum floribus, fructibus & seminibus delineatum *Histor. Academ. Parisiens. Anni MDCCXXXIIX.* cum ulteriori descriptione & historia arboris exhibet. Quina apud veteres Peruanos corticem significare, atque more illorum, propter eximias virtutes per excellentiam *Quina Quina*, *Cortex corticum* vocari, de *la Condamine*, qui historiam suppeditavit, autumat. *Chinæ Chinæ* nomen a *Comitissa de Chin Chon*, *Pro-Regis Peruanæ conjugæ*, quæ ejus usu a febre pertinaci liberata fuit, accepisse fertur. Ipsa Comitissa remedium, in se expertum, omnibus, quibus opus fuit, gratis distribuit, atque tum demum, scil. circa annum *MDCXXXIIX.* sub nomine *Pulveris Comitissæ* innotescere cœpit. Et cum paulo post, *R. P. S. J.* copiam corticis a laudata Comitissa illis traditam, etiam gratis distribuerent, nomen *Pulveris Jesuitarum* accepisse, perhibent. Eligendus cortex non nimis crassus, ex junioribus arboribus detractus, qui etiam odoris est suavis, aromatici, sapore amarus, & sine molestia adstringens. *Vis antifebrilis, tonica, roborans &c. omnibus nota; non solum in febribus intermittentibus celebratur specificum, sed & contra gangrænam a causa interna, & ad inhibendos sphaçeli progressus ab Anglis commendatur. Dosis, intuitu ætatis & circumstantiarum, varia. Raro tamen ultra drachmam in substantia, & drachmas duas in decocto Coffée tostæ, vel vino infusum exhibetur.*

Citri, *Ecorce des Citrons*, *Citronen-Schalen*. Sunt cortices fructus

fructus Citreæ, sive Medicæ mali. Arbores ab Aurantiis non nisi foliis, quæ in Citrea absque appendice, distinguuntur. Copiose crescunt in Italia, Hispania & Lusitania. Fructus magna in copia ex comitatu Niciensi & ditione Genuensi nobis advehuntur. Ex diversis citri speciebus in usum veniunt fructus & cortices citrei vulgaris. Eligantur recens siccati citrini, non virides, fusci ac situ corrupti. *Ca-lesfaciunt, atque alexipharmaca, cardiaca & carminativa gaudent virtute.* Flavedo Corticum Citri eandem habet rationem, quam Corticum Aurantium.

Cortex Coccognidii, Mezerei, Laureolæ deciduo folio, Thymelæa lauri folio deciduo Tournef. *Ecorce de Garou, ou Bois-gentil, Seidelbast, Kellershals-Rinde.* *Vebementer purgant; igneum, acrem & causticum habent succum, & hanc ob causam ad drastica & periculosa pertinent purgantia. Vebementia corrigitur maceratione in aceto. Setaceum e cortice radice Mezerei, auriculæ perforatæ trajectum, ad inflammationes pertinaces oculorum compertum est remedium.*

Culilavvan, Culilavan, Caryophylloides, Culilavan, bittere Zimmet-Rinde. Est cortex arboris Amboinensis, quæ Cassiæ lignæ, sive Canellæ silvestris arbori valde similis, extus albicans & subcinereus, ubique minutis verrucis oblitus, intus ex rufo flavescens, qui in parte infima, vel trunco, detractus est, digiti crassitiem habet, versus superiora tenuior est, ille, qui calami scriptorii crassitiem non habet, abjicitur; superior & tenuior pro optimo habetur, saporis debet esse acris, aromatici, ad Caryophyllorum aromaticorum proxime accedentis. *Apud Indos externus ejus est usus in torminibus, colica & cephalalgia, ex causa frigida; nimirum corpora sua hoc cortice, antea cum Massoy cortice in massam coacto, inungunt. Ob oleum copiosum carminativus, roborans & stomachicus est.*

Ebuli. Vide Radix.

Efulæ. Vide Radix.

Frangulæ, Alni nigræ bacciferæ, Rhamni, inermis floribus monogynis hermaphroditis, Linn. *Ecorce de Frangula, Faulbaum-Hundsbaum-Zapffenholz-Rinde.* Nascitur in silvis, locisque humidis; floret Majo; folia sunt decidua. Cortices eliguntur arboris mediani, vel, qui præstant, radicum, vel flavescences, amaricantes. *Vebementer purgant, tam per superiora, quam inferiora. Propinantur a drachma una ad drachmas tres in infuso. Externe Unguentis ad Scabiem dicatur.*

Fraxini, *Ecorce de Frêne, Eschbaum-Eschen-Aeschbaum-Rinde.* In usum vocantur *Fraxini excelsioris, vulgatiors,* Cortices, qui sunt ex cinereo pallescentes, ad viriditatem inclinantes, saporis acris, amari, adstringentis. Arbor crescit in silvis montosis; floret Aprili & Majo; semen auctumno maturescit. *Cortex adstringentis est virtutis, &, ob acrimoniam & amaritiam, simul attenuat. Laudatur in cachexia, hydrope & febris intermittentibus.*

Gra-

Cortex Granatorum, Cortices Mali Punici, Malicorium, Ecorce de Grenades, Granaten-Schalen. Arbor pertinet ad illas, quibus flos summo fructui insidet, & ob id umbilicatus appellatur. Folia sunt decidua, flos rosaceus perfectus, pentapetalus, fructui insidet, qui in plura loculamenta divisus, acinis succi plenis, membranis tenuissimis distinctis, impletus est. In Italia, Gallia, Hispania provenit, & apud nos in hortis colitur. Cortices, qui etiam *Malicorium* vocantur, sunt coriacei, duri, rugosi, saporis amaricantis, adstringentis. *Raro interne in usum vocantur; ad gargarismata, balnea & fots adstringentes eorum frequentior est usus.*

Guajaci, foliis pinnatis, foliolis quatuor obtusis, Linn. Ecorce de Guajac, ou de Bois saint, Franzosenholz = Rinde. Sunt ligni Guajaci cortices tenues, duriusculi, lignosi, e cinereo rufescentes, maculati, intus pallidi, lamellatim congesti, saporis acris, amaricantis. *Nobiliores & potentiores Ligno habentur. Præcipuus usus est in Decoctis lignorum, ad veneream luem, & sanguinem mundificandum.*

Hippocastani, Castaneæ equinæ, folio multifido, J. B. Ecorce de Maronier d'Inde, wilde Castanienbaum = Rinde. Arbor, alias in Germania hospes, nunc frequenter occurrit, & ad ambulationes copiose plantatur. *Cortices ante aliquot annos in usum venire cæperunt medicum, & pro succedaneo Chinæ Chinæ habentur, eodemque modo & dosi exhiberi solent.*

Jujabæ, cortex Peruvianus. Cujus radicis vel arboris sit, nobis non constat. Afferri ex America, cordi confortando inservire, sapore gratissimo, ac mire balsamico se commendare, suavitate enim Vaniglias superare, hinc ad Chocoladæ confectionem illis præferendum esse, *Seba in Thesauro natural.* tradit. Alii saporem amygdalinum, suave amaricantem, huic cortici adscribunt.

Mandragoræ. Vide Radix.

Mori radicis, Ecorce de Meurier, Maulbeerbaum = Rinde. Colitur in vinetis & hortis; cortex e radice detrahitur. *Abstergit & calefacit, alvum laxat, & pro specifico habetur ad lumbricos latos enecandos.*

Quercus, Ecorce de Chêne, Eichbaum = Rinde. Provenit in silvis & fere ubique. Cortex eligitur a junioribus, non ab annosis detractus. *Virtutis est adstringentis; non tam interne, quam externe, in gargarismis, balneis & fotibus adstringentibus in usum venit.*

Sambuci medianus, Ecorce mediane de Sureau, Hollunder = Rinde. Florem & fructum in umbella dispositum habet, & ubique occurrit; floret Majo, & fructum circa auctumnum perficit. Cortex, de quo hîc sermo, tempore verno detrahitur; debet esse medius, qui scilicet externum cineritii coloris sequitur, viridis. *Remedium est insigne antihydopicum, serum educit, ictericis convenit, & menstrua movet. Infunditur uncia dimidia, vel habita ratione subjecti, uncia in-*

tegra recentis in vino, & exhibetur pro una dosi. Imponitur etiam erysipelati.

Cortex *Sassafras, Ecorce de Sassafras, Sassafras = Fenchelholz = Ninde.* Sunt leves, ferruginei coloris, odoris & saporis intensioris Ligno. *Easdem vires, quas lignum, habent; ob oleum vero, quod copiosius in cortice residet, minori dosi præscribi solent. Ligni vires non, nisi coctione aliqua, corticum vero infusione aqua fervida facile extrahuntur; hinc infusionibus theæformibus anticatarrhalibus, aliisque, commode addi possunt. Plura vid. sub Lignis.*

Simaruba, Simarouba. Est cortex fibrosus pallidi coloris, saporis amari, haud ingrati, parum adstringentis; ex America primum MDCCXIII. in Europam translatus est. Patriam agnoscit non solum Cayennam, sed in aliis etiam insulis ad ventum provenit. De caractere arboris non satis certi sumus. Vocatur *Burseria gummifera.* *Jacquin. Hist. Stirp. Amer. Betula Americana, seminibus lithospermi frumentaceo æmulis. Plucke. Almag. Terebinthus major, betulæ cortice fructu triangulari. Sloan Hist. Jamaic.* Arborem ferunt esse satis magnam, folia longa acuta, pallide virescentia. Cortex ex radice colligitur, & tilix instar longis fibrillis intertextus est. Lignum, quod leve & fibrosum, ob amaritiam se ab omnium insectorum injuria defendit. *Cortex hic gummi-resinosarum partium est, quod ex lacteo colore, quo aquam, in qua coquitur, inficit, cognoscitur. Vi tamen quadam irritante ventriculum & intestina præditus est. Vomitus enim nonnunquam, præsertim, quando decoctum nimis saturatum est, & copiosiores dejectiones, nec non sudores valde incommodos excitare solet. Correctis vero dosibus, experientia magistra, egregium præbet in dysenteria remedium. Coquantur drachmæ duæ hujus corticis in aquæ fontanæ libris duabus, ad dimidiæ partis exhalationem. Quantitas hæc tres doses, singulis tribus horis sumendas, constituit.*

Tamarisci fruticosæ, foliis crassioribus, Germanicæ, Ecorce de Tamaris, Tamarisfen = Ninde. Juxta ripas Rheni & Danubii crescit frutex. Præferur cortex radici detractus. *Ad icterum, fluxum album, scabiem, melancholiam, & specificè ad affectus lienis laudatur. Usus est in decoctis & vinis medicatis.*

Thuris, Thymiamatis, Thuis Judæorum dicti, Styrax Thymiana, Weihrauch = Ninde, Juden = Weihrauch. Fragmenta sunt corticis, coloris ferruginei, saporis acris, aromatici & amari, odoris suavis, ad Styracis & Balsami Peruviani accedentis. Præferuntur cortices pingues, odorati, crassiores. Ex India Orientali ad nos advehuntur; cujus vero arboris vel plantæ pars sint, adhuc incognitum est. Putant, esse cortices arboris Storacis, ex qua liquida Storax exprimitur, atque incola est Asiæ minoris. *B. Fridericus Hofmannus, mediante Spiritu vini, essentiam & resnam extraxit, quarum priorem, propter vim anodynam, ad tusses ferinas & convulsivas, posteriorem ad suffimenta, commendat. Suffimentis, odoris gratia, adduntur, & ad prolapsum uteri ex suffitu profunt.*

Cortex

Cortex Winteranus, nonnullis *Canella alba*, *Ecorce de Winter*, *Winters Americanische Gewürz-Rinde*. Sunt crassi, cannulati, foris cinereo integumento fungoso, inæquali, fisso, & multis rimis hiantes, obducti, intus solidi, densi, pallidi, saporis acris, aromatici, odoris fragrantissimi. Ex arbore laurifolia Magellanica, seu potius Periclymeno odorato Magellanico colligitur, cujus notæ sunt folia laurina, flores pentapetali, albi, odorati, racematim congesti; baccæ subvirides, multis seminibus angulosis, acinis uvarum similibus repletæ. In Jamaica, Barbados & Magellanica abunde in campestribus, & ad viarum margines nascitur, atque ita vocatur a Præfecto classico, *Wintero*, qui ipsum corticem primus ex Magellanica attulit. *Cum Canella alba convenit; potentior tamen creditur. Calefacit, siccatur, vomitum sistit, flatu discutit, & specificum in scorbutico frigido habetur.*

CAPUT VIII.

DE LIGNIS ET VISCIS.

Lignum Aloës, *Agallochum*, *Xyloaloës*, *Bois d'Aloës*, *Paradies-Holz*. Fragmenta sunt lignosa & resinosa arboris cujusdam, nondum satis cognitæ, in Siamensi, Cambodiæ & Sinensi regnis, crescentis, atque Siamensibus *Kissind*, Latinis *arbor Aquilæ* & *Aloës*, dictæ. Lignum non, nisi per vetustatem arboris, odorem acquirit fragrantem, qui odor in succo resinoso residet, & marcente & putrescente arbore, interiores quasdam ligni partes occupat, & circa nodos copiosius condensatur. Hæc resinosa fragmenta singulari nomine, *Calambà*, vel *Calambac*, reliquæ vero ipsius arboris nomine appellantur *Kissind*. Raro vel nunquam ad nos venit *Agallochum* verum; magno enim in pretio apud Indos habetur, & duplo Argenti pondere venditur; quod ad nos transvehitur, spurium est, & tradente *Rumphio*, ex arbore *Excæcante*, ita ab incolis & nautis vocata, colligitur. Est vero arbor *Excæcans Lathyridis arborescentis* species, fructus fert triquetros, baccis *Lathyridis*, quæ vulgo *Cataputia* audiunt, valde similes; succus arboris lactescit. Deformis arbor non, nisi in littoribus desertis ac solitariis crescit. Nomen *Excæcantis* accepit, quia lacteus, qui turget, succus, casu oculis immixtus, magnos excitat dolores, & nisi citissime succurratur, summa cum inflammatione & mordacitate excæcat. In hujus periculosæ arboris caudice & radicem cavernis odoratum hoc lignum reperitur. Nascitur circa Amboinam, in Insulis, & ad nos advehitur in frustis, magnitudine varia, ex quibus solida, densa, resinosa, nigro-purpurea, ponderosa, amara, odoris, dum accenduntur aut durius perfriantur, fragrantis, eligi debent. *Cum sufficiente quantitate aquæ, per vesicam destillatum, exhibet oleum, coloris albicantis, camphoræ instar, quandoquidem parva quantitate, tamen fragrantissimum, quod promte in spiritu vini solvitur. Lignum Aloës calefacit, & confortativum cerebri, cordis, ac uteri creditur; vim tamen inebriantem, delicatioribus largius exhibitum habet.*

Lignum Aspalathum officinale, Aspalathus, C. B. Bois d'Aspalat, Rhodiser Dorn-Holz. Fragmenta sunt ligni exotici, resinosi, cuius arbor nondum satis descripta est, ligno Aloës seu Agallocho leviora, laxiora & pallidiora. Ex India Orientali nobis advehuntur, & sæpius Aspalathum pro Agallocho, & Agallochum pro Aspalatho venditur. *Easdem etiam habet vires, modo debiliores.*

Buxi arborescentis, Bois de Buis, Buxbaum-Holz. Arbor sponte nascitur in Italia & Gallix Provincia; colitur apud nos in hortis. Pertinet ad arbores bacciferas, fructu per maturitatem sicco. Flores sunt pentapetali, basin fructuum excipientes; Fructus tricuspidales, interne in tres capsulas divisi, in quarum singulis bina semina lucida, deprehenduntur; Folia parva, perpetuo virentia. *Lignum est ponderosum, flavescens, durum, & easdem virtutes cum Ligno sancto vel Guajaco habet, atque Antimagicum censetur.*

Colubrinum, five Serpentarium officinale, Bois Couleuvré, Schlangen-Holz. Est radix lignosa, arboris Timorensis, Solani arborescentis Indici, foliis Napecæ seu Oenopliæ minoribus, floribus parvis in umbellam dispositis, fructu rotundo, duro, seminibus orbicularibus, compressis, quæ Nuces Vomicae minores, *Scheru Katuvali-caniram* Horti Malabarici, cortice ex fusco ferrugineo, subinde maculis cinereis aut albicantibus notato, includens materiam solidam, ponderosam, acrem, amarissimam, odoris nullius. Eligendum est amarum, grave, non cariosum. *Adscribitur huic ligno specifica vis adversus serpentum & venenatorum animalium morsus, vermes & febres intermittentes. Alii vi virulenta, soporosa, hoc lignum præditum esse volunt. Forsitan hæc virulentia inest ligno recenti, quam vero perdidit nostris officinis illatum annosum exsiccatum. Ex fructu, quem profert arbor, indoles ligni suspecta aliquatenus concludi posset.*

Cupressinum, Cupressi officinale, Bois de Cypres, Cupressenholz. Est arboris coniferæ, foliolis brevibus, acutis, in squamas degenerantibus, floribus amentaceis, fructu seu cono, e clavatis, lignosis tuberculibus, in formam globosam coaptatis, composito, nucleis angulatis, acuminatis, parvis. Colitur apud nos in hortis; in calidis regionibus sponte provenit. *Refrigerat, siccat & adstringit; sudoriferum & diureticum est, atque in decoctis præscribitur.*

Ebenum officinale, Ebene, Eben-Holz. Lignum omnium ponderosissimum. Meditullium est arboris *Ebeni* C. B. quæ in India Orientali provenit, & prunifera est. Folia sunt juglandinis paulo minora, pinnata, prassinum colorem referentia; fructus oblongus, viridis, edulis, persicæ fructus æmulus. Nomen habere dicunt a vocabulo hebraico *Eben*, quod lapidem significat; durum enim est lignum, lapidis instar. *Virtutibus cum Ligno Guajaco convenit. Usus tamen magis est mechanicus, quam medicus.*

Guajacum officinale, Guajacum magna matrice, C. B. Bois de Gayac, Bois saint, Franzosen-Holz. Est lignum solidum, densum,

densum, ponderosum, & resinosum, nigricantis coloris, saporis acris, amaricantis, odoris haud ingrati. Inter plures arborum Guajaci species lignum officinis dat illa, quæ folia habet subrotunda, pinnata, pari numero, sicut Lentiscus, læte virentia, cujus flos est roseus, pentapetalus, colore albus, pistillum stiliforme, rectum & longum; Fructus parum compressus, cordiformis, bilocularis, loculo uno plerumque vacuo, in altero continet semen, quod est nux ovata, durissima. *Plumier Nov. Gen. plant.* arborem *Guajacum*, flore cæruleo fimbriato, fructu tetragono describit. *Linnaeus* vocat: *Guajacum foliis pinnatis: foliolis quatuor obtusis.* Ex Hispaniola, Jamaica & aliis provinciis Americæ advehitur. Eligenda est matrix, sive pars interior, non pars corticosa, quæ prior est, coloris ex fusco cinerei, resinosa. *Siccatur, sudorem & urinam promovet, sanguinem mundificat, & specificè ad luem veneream adhibetur.*

Lignum Juniperinum, Bois de Genevre, Wachholder = Holz. Est radix resinosa, odorata Juniperi officinalis, vulgaris, fruticosæ. *Sudoriferum atque diureticum est, & in morbis lymphæ & catarrhalibus, in decoctis, propinari potest; ad suffitus etiam adhibetur.*

Lentiscinum, Bois de Lentisque, Mastich = Holz. Est nodosum, non admodum crassum, interne album, cortice cinereo tectum, saporis & odoris resinosi. *Lentiscus officin. Lentiscus vulgaris C. B. Arbor Mastichen fundens. Pistacia foliis abrupte pinnatis, Linn.* Flos ex foliorum alis egrediens, est amentaceus in mare, in fœmina calix trifidus, minimus. Fructus unicus, nucleus glaber. In Chio insula copiose nascitur; floret Martio & Aprili. Optimum censetur ponderosum & resinosum. *Siccatur & adstringit; ad sanguinis & alvi fluxiones, uteri & ani proidentiam laudatur, urinam ciet, & dentes vacillantes firmat. Usus est in decoctis.*

Moluccense, Pavana, Bois des Moluques, Moluckisches Purgier = Holz. Est spongiosum, leve, pallidum, cortice tenui tectum, saporis acris nauseosi, odoris fere nullius. Colligitur ex arbore *Ricino*, fructu glabro, *Grana Tiglia* officinis dicta, foliis Malvæ, cortice molliore & nigricante. Pavana ab incolis appellatur. *Cadel Avenacu Hort. Malabar.* In Malabar colitur, unde ad nos advehitur. *Recens vehementer purgat, atque serum educit, nonnunquam vomitus facit, & ob acrimoniam pruritus, imo inflammationem in ano excitat. Siccum & inveteratum mitius se gerit, & sudorem movet, præcipuus sed semper suspectus usus est in morbis chronicis, febre quartana & hydrope. Hypercatharsis & ani pruritus ab hoc pharmaco excitati, cremore oryzae vel avenæ, facile sistuntur. Ad avium captivam etiam adhiberi solet; illico enim concidunt, si de tritico vel alio frumento, cui pulvis hujus ligni immistus est, assumserint. Ex quibus patet, cautius cum hoc ligno mercandum esse. Dosis a granis quatuor ad decem pro robustissimo, ex carnis jusculo.*

Nephriticum, Bois nephretique, Griefz = Holz, Blaues Sandel = Holz. A colore, quo aquam inficit, etiam a nonnullis vocatur: *Sandalum cæruleum.* Fuscum, solidum, durum & grave est,

saporis acris, amaricantis. Arbor, ex qua colligitur, secundum *Linnæum*: *Guilandina inermis*, foliolis triplicato-pinnatis: foliolis infimis ternatis. Provenit in Malabaria & Zeylonia, ac fert *Nuces Been*. An eadem sit cum *Acacia arborea*, majori, spinosa, pinnis quatuor majoribus, subrotundis, siliquis varie intortis, quam describit *Sloan Hist. N. Jamaic.* non satis constat. In usum venit pars interior, sive medullium fuscum; corticosa alba abjicitur. Ad venum vitia, calculum & urinam pellendam, laudatur. Exhibetur in infuso & decocto. Curiosum est experimentum, quod cum infusione hujus ligni in aqua fontana instituitur; versicolor enim illa cernitur, prout in hoc vel illo situ spectatur.

Lignum Rhodium, *Bois de Rhode*, *de Cypre*, *de Rosas*, *Rosen-Holz*.

Radix est lignosa, dura, contorta; nodosa, resinosa, odoris rosei, saporis subamari. Dicitur etiam: *Aspalathum colore buxi* C. B. Sunt, qui volunt, esse *Cytisi incanæ*, siliquis falcatis, C. B. radicem, quæ est planta, flore papilionaceo, fructu siliquoso. *Linnæus* dubitat: an sit radix *Genistæ foliis ternatis*? Ex insulis Canariensibus & aliunde ad nos advehitur. Eligatur resinofum, ponderosum, odoris fragrantis, rosei. *Ufus ejus frequentior est ad odoramenta, quam internus.* In decoctis tamen nonnunquam lignorum, ad sanguinem mundificandum, præscribitur; urinam & sudorem ciet.

Sanctum officinale, quasi *Guajacum* propemodum sine matrice C. B. *Bois saint*, *Pocken-Holz*. Pro eodem cum *Guajaco* habetur; vires etiam, odor & sapor vix differunt, colore vero paullo albidius, & pondere levius est *Guajaco*. Arbor *Jasminum* vulgo *Americanum*, at rectius *Evonymo* affinis *Occidentalis*, *alatis Rusci foliis*, *nucifera*, Indis *Hvaxacon* dicta, vocatur. Ex America advehitur. *Eadem cum Guajaco* habet vires; *Guajacum* tamen potentius est.

Sandalinum album, *Santalum* f. *Sandalum album* officinale, *Bois de Santal blanc*, *weisses Sandel-Holz*. Est durum, solidum, pallidum, odoris & saporis grati, subamari, aromatici. Arbor est baccifera, folia sunt pinnata, flores ex cœruleo nigricantes, fructus cerasi magnitudine per maturitatem nigri. Ex India advehitur Orientali, & quidem insula *Timor*; arbor ab Indis *Sercanda* vocatur. *Linnæo* teste ignota est arbor.

Sandalinum citrinum, *Santalum citrinum* officinale, *Bois de Santal citrin*, *gelber Sandel*. Colore est flavius præcedenti, superat illud etiam pondere, densitate & odore fragrantiore, sapore, virtutibus & pretio. Ejusdem arboris *Timorensis* bacciferæ, *Sercandæ* dictæ, est pars interior; *Santalum album* vero, quod haud raro etiam in segmentis cylindræis, in quibus nulla medullosa ac resinosa substantia cernitur, ad nos venit, pars corticosa, sive exterior. Alii putant: *Santalum album* lignum esse arboris junioris, citrinum vero adultioris. *Cardiaca* & *hepatica* censentur, & in decoctis ad *lymphæ vitia* præscribuntur.

Lignum

Lignum Sandalinum rubrum, Santalum rubrum officinale, Bois de Santal rouge, rothes Sandel-Holz. Est arboris pars interior, ab externo cortice liberata, colore rubrum, ponderosum, fibrosum, densum, saporis adstringentis. Præter nomen cum Santalis nihil commune habet. Species est Ligni Brasiliensis tinctorii, & arboris, folio pinnato, flore papilionaceo, siliqua bivalvi, seminibus reniformibus. Forsitan ad *Casalpinias Linnæi* referri potest. Adfertur tam ex Orientalis, quam Occidentalis Indiæ provinciis. *Tinctores æque ac Medici hoc Santalo utuntur; siccat & adstringit.*

Sassafras, Winanck Virginienfium, J. B. Bois de Sassafras, Sassafras, Fenchel-Holz. Radix arboris est lignosa, levis, rara, coloris pallidi, nonnunquam cinerei, saporis acris, subdulcis, odoris aromatici, Fœniculi instar. Cortice vestitur tenui, foris cinereo, intus ferrugineo. Arbor, ex qua desumitur: *Laurus, foliis integris & trilobis*, in Hort. Cliffort. *Sassafras & Cornus mas odorata, folio trifido, margine plano*, ab Indis vèro *Pavane* vocatur. Mediocris est magnitudinis, fructu calicibus insidente, acetabulorum instar concavis; foliis trilobis seu angulosis, semper virentibus, subtus cinerei coloris, flosculis luteis racematim congestis, e sex petalis ovatis acuminatis constantibus, staminibus novem. Fructus baccæ parvæ sunt, per maturitatem nigricantes, sicut flosculi, racematim congesti, & continent semen unicum, nucem nimirum ovatam, acuminatam, quæ includit nucleum ejusdem formæ. In Virginia & Florida largus hujus arboris est proventus, unde etiam ad nos advehitur. Eligatur odoratum, in parvis segmentis, cortice vestitis. *Laudatur ad lymphæ vitia, catarrhos, artbritidem, fluorem album, & alios hujus generis morbos. Usus est in decoctis & infusis.*

sive **Stipites Solani Dulcamaræ, Solani caule perenni flexuoso, foliis superioribus hastatis, Linn. Bois de Douce - amère, Steigenden Nacht-Schatten-Hinschraut-Holz;** Crescit inter sepes; floret Junio & Julio. Cortex radice & ramorum crassiorum saponacei quid continet; hinc eximia virtute pollet resolvente, aperiente & diuretica. *Laudatur in decocto ad asthma pituitosum, phthisin ante humorum colliquationem, luem veneream, icterum, & artbritidem vagam. Dosis est uncia una ad duas.*

Suberis, Quercus foliis ovato-oblongis indivisis serratis, cortice rimoso, Linn. Liege, Pantoffel-Holz, Kork. Est cortex arboris, quæ Quercus species, atque foliis perpetuis, non aculeatis, & cortice crasso a reliquis differt. Provenit in Hispania & Italia. *Virtute gaudet adstrictiva; sæpius tamen in usus venit mechanicos, quam medicos; præcipue ad obturanda vitra inservit. Carbo ex subere constituit colorem illum nigrum, Hispanicum dictum.*

Viscus vel Viscum, Gui, Mistel. Baccis albis, planta est parasitica, fruticosa, aliis arboribus innascens. Folia ejus conjugata sunt, angusta, oblonga, semper virentia; flores in perianthio tetraphyllo, monopetalis, patentes, semiquadrifidi, foemini cum masculinis in eadem planta.

Bacca est ovalis, alba, unilocularis, semen unicum cordatum. Descriptio hæc omnibus Visci speciebus convenit, quæ in Medicina adhibentur: Sunt vero

Viscus Betulæ, *Gui de Bouleau*, *Birken-Mistel*.

Coryli vel Corylinus, *Gui de Coudrier*, *Hasel-Mistel*.

Quercinus, *Gui de Chêne*, *Eichel-Mistel*.

Salicis, *Gui de Saule*, *Weiden-Mistel*.

Tiliæ, *Gui de Tillau*, *Linden-Mistel*.

Vix ulla prostat pulveris epileptici descriptio, quæ non pro ingrediente Viscum agnoscat. Quernus plerumque in usum vocatur; alii Corylinum, vel Tiliaceum præferunt. *Veteribus polychrestum fuit remedium quernus, qui & in morbis lymphæ locum habet; antepilepticum & diureticum est, atque in arthritide, catarrhis, alvi & mensium nimio fluxu feliciter, in pulvere vel in decoctis, exhibetur.*

CAPUT IX.

DE GUMMI ET RESINIS.

Ammoniacum Gummi, *Gomme Ammoniac*, *Ammoniac*. Est concretum gummosum & resinofum, e magna ferulacea planta exstillans, collectum. Ex India Orientali advehitur; in Lybia etiam, juxta Jovis Ammonis templum provenisse, & inde allatum, atque nomen accepisse, ferunt. Eligendum est in granis, instar Olibani, condensatum, ab arena & aliis quisquiliis liberum, odoris gravis, ex Castoreo & Allio mixti, saporis amari, parum acris, digitis tractatum mollescens, exterius flavum, intus candidum. Mirum, quantum per depurationem de fragrantia sua perdit. *Emollit, resolvit, digerit, maturat, alvum movet, & tam interne, quam externe feliciter adhibetur.*

Animi & Animæ Gummi, *Cancamum*, *Gomme Animé*. Est resina arida, quæ in frustis variæ magnitudinis advehitur, foris albida, intus pallescens, aliquatenus transparent, friabilis, saporis terebinthinacei. Dum accenditur, tota consumitur, & hanc ob causam, gummi animæ dicitur. Odorem spargit fragrantem. Arbor in nova Hispania & Brasilia provenit, & ab incolis *Jetaiba*, a botanicis *Lebus peregrinus cartilaginofus, phaseolo nigro puniceo annulo cincto*, vel *Arbor siliquosa animifera Brasiliana*, a *Plumier*, *Courbaril bifolia, flore pyramidali*, & a *Linnæo*, *Hymenæa* vocatur. *Attenuat & resolvit, nervos roborat. Usus est externus in emplastris, ad capitis & nervorum affectus.*

Arabicum Gummi officinale, *Senegal*, *Senica*, *Gomme Arabique*, *Arabischer Gummi*, *Dinten-Gummi*. Est substantia gummosa, pallida, pellucida, saporis viscosi, fatui, odoris nullius. In globis, ovis columbinis majoribus, exterius scabris, intus claris & transparentibus, nobis ex Guinea Africana advehitur. Secundum *Rajum H. Pl.* fluit ex arbore, quæ est: *Acacia Indica Farvesiana Ald.* secundum *Linnæum*: *Mimosa spinis geminatis*
di-

distinctis, foliis duplicato-pinnatis, particularibus utrinque quinis, pluribus. Verum Gummi Arabicum, post incisionem fruticis, exstillat ex Acacia Ægyptiaca, foliis Scorpioidis, leguminosa, siliquis albis compressis, isthmo interceptis, flore luteo; vermiculatum est, & vix unquam ad nos fertur. Cum eo vero virtutibus convenit Gummi Senegal, quod minori pretio & copiosius & purius habetur; facile igitur vero ex Acacia carere possumus; eligatur modo vitri instar pellucidum, purum & candidum. *Temperat lymphæ acrimoniam, & leniter adstringit.*

Afa dulcis, Benzoë, Benzoin, Belzoinum, *Benjoin, Benzoe, wohlriechender Asand.* Resina est arida & indurata, ex variis frustulis, diversorum colorum, in massam coacta, saporis acris, resinosi, odoris suavis. Arbor, quæ Benzoin largitur, non solum in Sumatra & Java, pariter in Siamensi & Martabano regnis crescit, sed etiam in America & a *Bærbavio*, sub nomine arboris *Virginianæ Benzoiniferæ*, Citri vel Limonii folio, notatur. Ex uno caliculo quadrifolio oriuntur flosculi tres, ad eundem ortum, qui singuli constant uno tubo longo, superius expanso in tumidum caput, quod in octo segmenta profunde finditur, intra hæc segmenta stamina sunt brevia, testiculata, in medio tubo floris ovarium, tuba longa instructum, cuncta vero quam minima sunt. A *Linnaeo* in *Hort. Cliffort.* *Laurus, foliis enervibus, obverse-ovatis, utrinque acutis, integris, annuis,* vocatur. Exstillat Benzoin ex arbore vulnerata; optimum censetur, quod *Amygdaloides* vocatur, & maculas candidas, Amygdalarum instar, refert, nec aliis heterogeneis inquinatum est, atque suavissimum spirat odorem. *Calefacit, incidit, attenuat, pnevmonicum est, in tussi, asthmate & catarrhis utile, atque ad suffimenta adhibetur.*

Afa foetida, Laser foetidum, Syriacum, *Afa foetida, stinkender Asand, Teufelsdreck.* Est gummosum, & parum resinosum concretum, e grumis albescentibus, flavescens, & *Linnaeo: Ferula foliolis alternatim sinuatis obtusis* audit, nonnunquam rosei coloris. Planta, ex qua colligitur, *Hingisch* vocata, est umbellifera, Levistico affinis, foliis, instar Pœoniæ, ramosis, caule pleno, maximo, semine foliaceo, nudo, solitario, Brancæ Ursinæ vel Pastinacæ simili. Patria ejus sola est Persia, non Media, nec Lybia &c. &c. & illa potissimum, quæ circa *Heraatum*, campestre desertum occupat, & quæ in montibus vicinis crescit, succi ferax est. Nulla ex caulibus vel sponte fluit, vel arte exprimitur, sed ex radice manat sauciata. Miræ longævitas est hæc radix, magna, ponderosa, nuda, exterius nigra. Quadriennio minor parum lactescit, & nunquam secatur; quo autem annosior & major, eo copiosorem fundit lachrymam. Succus ex utriculis illius recens emanans candidissimus, liquidus & pinguis, Flori Lactis simillimus est, ad aëris vero solisve contactum lentescit, & colorem subfuscum induit. Fœtor, virtutis index, ad Allii odorem accedit. Sapor acris est & valde ingratus. *Raro interne adhibetur; in colicis torminibus tamen & hydrope, præsertim tympanite, Indis laudatum est remedium; alias etiam non modo contra veneficia, sed ad affectus quoque uterinos communiter adhibetur. Externe in emplastris ad nervorum, uteri & lienis affectus commendatur.*

Asphaltum, vide Marina.

Bdellium, *Bdellium, Gummi Bdellium.* Est lachryma arboris cujusdam

dam non satis huc usque cognitæ & descriptæ, quæ in Guinea, Arabia, Media & India nascitur, & a nonnullis pro *Palmæ* specie habetur. Tradunt etiam in America arborem Bdelliferam, foliis quernis, spinis geminis, ad ortum singulorum foliorum, exasperatam provenire. Cl. Royen ex Plucken. arborem *Bdelliferam, lactescentem aculeatam, foliis quernis* describit. Coloris est ferruginei, nigricantis, in guttas seu grana concretum, sapore & odore myrrham æmulatur. Præfertur, quod gustu est amarum, translucidum, dum frangitur, pingue & odoratum. *Cum Myrrba convenit, & ad Mithridatii compositionem & nonnulla emplastra adhibetur.*

Camphora, Caphura, *Campbre, Campher, Kampfer, Kapher.* Est substantia, plane peculiaris, neque resinis, neque gumminibus, neque salibus per dotes suas adnumerari potest, neque satis apte vocatur oleum destillatum solidum, nivis instar candidissimum, in panes coactum, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis, gravis. Camphora, quæ in nostris officinis prostat, ex Japonia advehitur, atque ex *Lauro, foliis ovatis, utrinque acuminatis, trinerviis, nitidis, petiolis laxis, Linnæi, sive Arbore camphorifera, foliis laurinis, fructu parvo, globoso, calice brevissimo, colligitur.* Arboris folia alternatim sunt posita, semper virentia, flores, ex foliorum sede provenientes, hexapetali, albi, fructus seu bacca atro-purpurea, pericarpio molli, saporis ex Camphora caryophyllacei, nucleo bifido, calloso, duro ac pingui, cortice integro fragili, calici concavo insidet. Extractio Camphoræ per rusticos peragitur, in provincia *Sazuma* & in insulis *Gotbo*; radices & ligna arboris in festucas comminuta, cum effusa aqua, in vesica ferrea, superimposito & stramine impleto alembico magno, coquant, & tandem Camphoram sublimatam, straminibus adhærentem, colligunt, quæ deinde ulterius purificatur, atque, tradente *Künstio* in *Act. Phys. Med.* Vol. V. in vitro probe clauso, leni igne colliquata, figuram orbicularem nanciscitur. *Camphora Borneensis*, quæ optima censetur, nunquam ad nos pervenit, sed magno pretio etiam apud incolas habetur. Nativa est & absque destillatione, ex trunco arboris eruitur & colligitur. Multæ etiam dantur aliæ plantæ, quæ Camphoram largiuntur: Radices arboris Cinnamomi magnam exhibent quantitatem destillatione; Zedoaria vero parum prodit. *Eligenda Camphora candicans, sine maculis, pellucida, instar glaciei, quæ deflagrando tota consumitur, & in ipsa aqua ardet. Alexipharmaca, calida & anodina est. Adhibetur tam interne, quam externe. Dosis interne a paucis granis ad scrupulum semis, in mania ad drachmam semis. Miscetur, ut plurimum cum nitro, & absorbentibus, vel sic dictis bezoardicis.* B. Fr. Hofmannus, cum Balsamo de Copaiva mixtam, ad gonorrhæam, & cum Tincturis croci, succini & Cort. Aurantiorum, ad menstrua suppressa, commendat.

Cancamum quid sit, hodie plane ignoratur. Alii *Laccam* esse, alii *Benzöen*; nonnulli *Animæ Gummi*, pro Cancamo habent. Plurimi, ubi in veterum descriptionibus sive compositionibus occurrit, *Gummi Animæ* sumere suadent.

Caranna, *Caragne.* Resina tenax duraque est, quæ, dum recens, picis instar ductilis, inveterata vero fragilis & dura est; coloris ex viridi nigricantis, saporis amari, ingrati, odoris fragrantis, præsertim, dum accenditur. Ex nova Hispania, in frustis cylindræis, quæ foliis junceis involuta sunt, ad-

vehitur. Arbori, ex qua exsudat, folia adscribuntur oleaginea, in crucis formam composita, fructus seu baccæ oblongæ, quaternæ. *Calefacit & resolvit. Usus est externus in emplastris.*

Cerasorum Gummi, Gomme des Cerises, Kirschen-Harz, Kirschen-Gummi. *In aqua totum dissolvitur, & cum Gummi Arabico vel Senegal convenit, atque defectu ejus in usum vocari potest.*

Colophonia, Colophone, Spiegel-Harz, Geigen-Harz, Colophonium. Ex urbe Colophone olim habebatur. Pix, sive abiegna resina est, lento igne ad hanc consistentiam friabilem & colorem brunneum cocta. Fit etiam ex residuo Olei Terebinthinæ, vocatur quoque *Pix græca.* *Fumus ejus ad tenesnum & prolapsum ani ac uteri procidentiam commendatur; additur Emplastris; roborat & siccat.*

Copal, Pancopal, Gomme Copal, Gummi Copal. Resina est duriuscula, diaphana, ex albo flavescens, dum carbonibus inspergitur, odorata, a nonnullis Succinum vegetabile vocata. Volunt, esse arborem, ex qua Copal colligitur, Populo nigro haud dissimilem, & copiose in insulis Antillinis provenire. Sponte ex arboribus defluit, & non raro ab imbribus ad ripas fluminum abripitur, quod forsan, & cum prima facies Succinum referat, ansam dedit, Succinum vegetabile appellandi. A recentioribus botanicis, *Rajo Pluckenet, & Clayton, arbor resinam copal fundens, Rhus vel Sumach Virginia-na & Linnæo, Rhus foliis pinnatis, petiolo membranaceo articulato* vocatur. *Jonston* viginti species arborum, Copal proferentium, enumerat: Americani enim fere omnes resinas transparentes, nomine Copal indigitare solent. Copal substantia sua non mere resinofum est, sed gummosi quid occultat, unde difficilis est solutionis. *In Medicina vari, nisi ad suffimenta, est usus; frequentius ad vernices seu laccas expetitur, atque peculiarem deposcit encheiresin solutionis.*

Elemi, Gomme Elemi, wild Nelbaum-Harz. Resina est semidia-phana, pinguis, ex flavo albicans, ad viridem colorem inclinans, in massam coacta, & foliis arundinaceis involuta, odoris vinosi suavis. Ex America, & præsertim nova Hispania & Brasilia advehitur. Arbor Elemifera folia habet pinnata, petiolis longis, pentaphyllis, semper virentia; flosculos tetrapetalos, verticillatos; Fructus purpureos, pyriformes, minores. Arbor, Gummi vel potius resinam Elemi fundens, ab *Illustr. Linnæo in Horto Cliff. Elemifera foliis ternatis*, a *Cl. van Royen, Frutex trifolius resinofus, floribus tetrapetalis albis, racemosis* vocatur; A *Chabræo, Lentiscus Peruviana.* Describitur & alia arbor a *Breyne* in *Prodrom.* 2. atque *Elemi arbor ex Surinama, myrti laurææ foliis*, appellatur; cujus tamen resina, non pro vero, sed spurio Elemi habetur; idcirco *Gummi Chibou, la Gomme Chibou*, in *Codice Parisiensi pharmaceutico* salutatur. *Rajus* in *H. Pl. ex Baccio de vinis apulis* locum adducit, ubi Elemi, ex olea arbore vetusta exsudasse, mentio fit: Quæ *Baccii* observatio forte ansam dedit, resinam Elemi vernacula nostra wild Nelbaum Gummi appellandi. Eligitur odoratum, purum, pingue. *Calefacit, digerit, resolvit, & in vulneribus membranosarum & nervearum partium, bono cum effectu, adhibetur. Usus est in Balsamis vulnerariis & Emplastris.*

Euphorbium, Gomme Euphorbe, Euphorbium, ein scharfes Gummi. Substantia est gummosa, in guttis sive granis pallescentibus, saporis acerrimi, urentis, nauseosi, odoris nullius. Colligitur ex planta Euphorbii, cerei effigie, caulibus crassioribus, spinis validioribus armati, in apice frugiferis, floribus Tithymali tetrapetaloidibus, quæ in Indiæ Orientalis regionibus & Mauritania crescit, hinc inde etiam *Tithymalus Mauritanicus, Apbyllus angulosus, spinosus*, apud *Bærbavium* & apud *Linnaeum Euphorbia aculeata nuda multangularis, aculeis gemminatis*, audit. Succus plantæ vulneratæ lactescens a sole condensatur. Eligatur albicans in granis majoribus. *Vim habet exurentem, inflammatoriam, vehementer humores viscidos fundit & educit; vix tamen, nisi hydropicis fortioribus dari debet: corrigitur succo citri vel aliis acidis, quamvis lixivio alcalino magis obedire credatur; externe cariei ossium absumendæ inservit.*

Galbanum Gummi, Gomme Galbanum, Galban, Mutter-Gummi. Est succus in grumos condensatus gummosus, resinosis paucis particulis permixtus, coloris flavescentis, subfusci, saporis amaricantis acris, odoris gravis. Colligitur e *Ferula Syriaca Galbanifera, fruticosa*, foliolis pinnatifidis, pinnis linearibus, planis, trifidis, semper virentibus. Radices plantæ valde succulentæ & lactescentes sunt, caules fungosi medulla pleni; semina & flores, in umbella, ovata, tenuia, perampla, plerumque per maturitatem nigra. A *Tournefortio* planta vocatur *Oreosolinum Africanum Galbaniferum*; his a *Rajo* adduntur verba: *frutescens anisi foliis: Tournefortius*, quem modo allegavimus, plantam *foliis anisi similibus, longioribus tamen & magis incisis* describit; addit *flores luteos, semina plana, orbicularia*, quibus se planta distinguit a *Ferula*. *Linnaeo* dicitur: *Bubon foliis rhombeis serratis glabris umbellis paucis*. Tota planta lactescit, vel succo gummoso lacteo turget, qui succus vel sponte erumpens, vel ex planta vulnerata exsudans, coagulatur a solis calore in grana, quæ optimum Galbanum constituunt. Ex orientalibus regionibus, Arabia, Syria & Æthiopia advehitur. Eligendum Galbanum in lachrymis, sive granis, coloris flavescentis, vel rufi. *Emollit & maturat; interne in mensibus sciendis, & aliis uterinis affectibus adhibetur. Plurimus usus est in Emplastris.*

Galda Gummi, Gomme Galda, coloris est subgrisei, & multum cum Elemi Gummi, tam quoad odorem, quam virtutem convenit. De arbore nil nobis constat.

Guajacum, Gomme de Guayac, Franzosen-Holz-Gummi. Est substantia gummi-resinosa, friabilis, coloris viridescentis fusci, saporis acris, odoris fere nullius; cum vero carbonibus injicitur, haud ingrati. Distinguitur a Resina, quæ, mediante Spiritu Viri, Ligno extrahitur; hoc vero nativum est, & ex arbore, quæ Guajacum Lignum suppeditat, exsudat. Eligatur illud, quod in minoribus frustis advehitur, & corticibus adhæret Guajaci. *Incidit, attenuat, resolvit, & easdem vires habet, quas Resina, atque in iisdem affectibus, scilicet catarrhalibus, Lue venerea, gonorrhœa, scabie maligna, &c. &c. in forma pilulari, cum Extractis appropriatis, exhiberi potest. Dosis grana quatuor, ad octo.*

Gummi Gutta, Gutta Gamba, Gutta, Cambodia, Gutta & Gitta Gemu, Gummi de Goa, Gummi de Peru, Gamandræ, Gomme goutte,

goutte, Gummi-Gut. Est succus gummosus & parum resinofus, inspissatus, flavus, arboris Malabaricæ *Caddampulli* dictæ, pomiferæ, foliis conjugatis binis, floribus tetrapetalis, in summis surculis, fructu Mali Aurei æmulo. Succus e fauciato trunco emanans, flavescens colligitur, & addita aquæ plurius sufficiente quantitate, a fæcibus purgatur, defæcatus, lenissimo igne, ne nigrescat, inspissatur, atque, vel in cylindros efformatus, vel in bacillis, cerei instar, contortis, ad nos mittitur. Nascitur in Malabaria. Eligendum est Gummi Gutta flavi vel aurei coloris, purum & a fæcibus liberum. *Acre est, & vehementer per superiora & inferiora purgat; hydropicis & phlegmaticis datur a granis octo ad decem; pictoribus vero plurimum inservit.*

Hederæ Gummi, *Gomme de Lievre*, Epheu-Gummi. Lachryma est, ut plurimi putant, Hederæ arborescentis, quæ vel sponte, vel ex trunco vulnerato stillat, saporis caustici sive acris, simul adstringentis, substantiæ aridæ, resplendescens, coloris ut plurimum fusci, fere nigri. Advehitur ex calidioribus regionibus. *Resolvit, attenuat, urinam & sudorem movet. Datur in forma pilulari, cum Extractis combinatum.*

Juniperi, vide Sandaracha.

Kikekunemalo Gummi, *Gomme Kikekunemalo*. Habetur pro specie Copal, atque puritate, elegantia & perspicuitate præ ordinario Copal se commendat. Facilius etiam solvitur; hinc pro nitida alba vernice paranda vix aliquid aptius reperitur. Arbor, ex qua fluit, ignota; certum tamen, ex America advehi. *In affectibus erysipelaceis & arthriticis carbonibus injectum partes affectas fumigando juvare dicunt.*

Laccæ Gummi, *Gomme Lacque en graines, en baton, en oreilles*, Gummi-Lac. Est substantia sui generis. Neque resina est, neque Gummi, neque Gummi-resina. Tres in officinis ejus reperiuntur species, in ramulis sive baculis, in granis, & tabulis. *Lacca in Baculis* dicitur, quia parvis arborum ramulis, super quibus efformata est, adhærens, ad nos venit. Substantia sua resinosa, fusci coloris, superficie inæquali, quasi granulata, baculos circumcludit; saporis est subadstringentis, parum resinosi, odoris fere nullius, & dum accenditur, haud ingrati. Quæ *in Granis* dicitur, pellucida, rubicunda, saporis resinosi est. Hæc fusa & a fæcibus purgata illam, quæ *in Tabulis* vocatur, exhibet, atque ex flavo rubet, pellucida, & fragmentis Vitri Antimonii similis est. Reperitur in ramulis arboris *Fujubæ Indicæ*, *Ber* dictæ, foliis majoribus, rotundis, trinerviis, subtus lanuginosis, floribus pentapetalis, herbaceis. Advehitur e regnis Pegu & Martabane Indiæ Orientalis. Non sponte ex arbore destillat, sed opificum est insectorum alatorum, formicis similium, quæ materiam hujus concreti resinosi, vel ex ipsa arbore, vel aliunde colligunt, alvearia ex illa construunt, atque ovula, ad novi examinis sui generis productionem, in ea deponunt; ovula, alveolis inclusa, in Chrysalides, more aliorum insectorum, abeunt, & hæ Chrysalides revera id ipsum sunt, quod Laccæ colorem rubrum conciliat; quo major igitur harum Chrysalidum copia in dictis alveolis latet, eo præstantior ad tingendum, & extrahendam Tincturam censetur. Quæ vero, a ramulis sic arata, in granis advehitur, Indis, qui telas & varias res colore rubro, mediante Lacca, inficiunt, jam inservit, & suo colore orbata est. *Lacca in granis ad vernicis, in tabulis, ad sigillatoriam Lacca confectioem, expetitur. In usum medicum*

quando vocatur, plerumque in granis subintelligitur. Leniter adstringit, & urinam movet. Ad Tincturæ vero præparationem, ob supra allegatas causas, illa, quæ baculis adhæret, requiritur. De Gummi Laccæ origine legi meretur observatio D. D. Godofredi, Act. Phys. Med. Vol. III. Append. p. 60.

Ladanum, Labdanum, Ladan, *Gomme Ladanum*, *Ladan*. Est resinosa substantia, grisea, terra permixta, in spiras, cereorum instar, contorta; saporis amari, odoris, dum accenditur, fragrantis, non omnibus grati. Colligitur ex Ladani vel Cisti Ladaniferæ planta, & quidem e caulium & foliorum superficie. Plantæ frequens & copiosus est proventus in Candia, Cypro & Græcia. *Cistus* appellatur *Ladanifera Cretica*, flore purpureo, rosaceo. E calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum subrotundum, apice dehiscentem, multicapsularem, seminibus fœtum. Modus colligendi tam a *Bellonio*, quam *Tournefortio* describitur. Incolæ habent peculiare instrumentum, quod leniter Cisto affricant; sic adhærescit Ladanum instrumento, quod deinde colligitur. Barbis hircorum & caprarum inter Cistum pascentium etiam adhæret, unde Ladanum de Barba appellatur, quod optimum esse censetur. Sit resinosum, pingue, inflammabile, odoratum. *Nervinum est; raro tamen interne datur. Usus est in emplastris anticatarrhalibus & nervinis, & ad suffitus.*

Look Gummi, *Gomme Look*. Colore Succinum æmulatur. Ex Japonia affertur & sicut Mastiche electa temporibus contra dolores dentium & cephalalgiam imponitur.

Mastiche, Resina Lentiscina, *Mastic*, *Mastich*, *Mastix*. Lentiscus, ex qua Mastiche colligitur, copiosissime in insula Chio, Ægæi maris, provenit; nascitur etiam in Ægypto, Syria, Gallia Narbonensi, & nonnunquam in hortis Botanophilorum in Germania invenitur. *Linnaeo* vocatur: *Pistacia foliis impare pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis*. Arbor est ramosa; rami sunt flexiles, cortice cinereo obducti. Folia myrtum referunt, per paria ad unam costam disposita, non in unum folium desinentem, semper viridia, tenera, odoris non ingrati, fortis, saporis adstringentis, acidiusculi. Flores ex foliorum alis nascuntur, racemorum instar dispositi, rubri, vel coloris herbacei ad purpureum accedentis. Fructus sunt baccæ rotundæ, nigræ, saporis acidi, nucleum habentes oblongum nigrum, duram continentem medullam albam viridem. Duplex in officinis prostat Mastiche, electa sive in granis; altera, quæ multis scatet impuritatibus, atque cinerei est coloris, in Sorte vocatur; Laudatissima vero ex Chio advehitur. Præfertur, quæ est in granis majoribus, alba, pellucida, friabilis, quæ tamen, dum masticatur, picis instar, dentibus adhæret, & ductilis est, odoris grati. *Usus est tam externus, quam internus; calefacit, subadstringit, roborat.*

Myrrha, *Myrrhe*, *Myrrhen*. Est substantia gummosa & parum resinosa, arida, fusca, saporis amari, acris, aromatici, odoris fragrantis, non ingrati. Arbor, ex qua colligitur, nondum clare descripta est; dicunt ab Arabibus vocari *Pala*, esse bacciferam, atque in locis desertis provenire. Ex Arabia, Ægypto & Ethiopia advehitur Myrrha. Eligenda friabilis, levis, in lachrymis quasi, ubique concolor, amara, acris, aromatica & fragrans. Myrrha *Stacte* vocatur, quæ pellucida, vel saltem egregie splendens & pura est. Hæ forsitan sola veterum est Myrrha; reliqua quæ nobis venditur, quamvis dicatur

atur electa, semper variis aliis corporibus & sordibus permixta est. *Calefacit, aperit, attenuat, discutit & putredini resistit.*

Olampi Gummi, Gumme Olampi, ex America advehitur transparentis, durum, coloris pallidi, saporis subdulcis, parum adstringentis. Videtur cum Arabico Gummi multum convenire.

Olibanum, Thus, Encens, Weyrauch. Est lachryma resinosa arboris Thuriferæ, e flavo pallescens, duriuscula, semidiaphana, in grana variæ magnitudinis concreta, saporis resinosi, amaricantis, odoris, dum accenditur, fragrantis. Stillat partim sponte e faucibus arbore; arbor vero, ex qua colligitur, nondum descripta est; alii enim Piri, alii Lentisci, alii Lauri, alii Pini & Salicis folia illi tribuunt. Certum est, illam in Arabia, & præsertim ejus provincia, Saba, provenire. *Herbolet in Biblioth. Orient.* mentionem facit. *Gummi Laban,* apud *Clusium Louan,* quod ex arbore lentisco simili, quæ in *Arabia felici,* & quidem in provincia *Saba* copiose provenit, colligitur. *Arabs al Edvesti in geographia Arabiæ,* scribit: Olibani, *Gummi Laban,* magnus esse proventus, in provincia *Schagiar,* circa fretum *Gicum.* Probatur album, in guttis, & friabile, corticibus arboris & quisquiliis non inquinatum, nec Thure silvestri permixtum, quod est resina abietis & pini, ex acervis formicarum collectum. Quæ de Thure Mannæ, testiculato & mammoso, apud veteres auctores, leguntur, de Thure electo albo intelligenda sunt; secundum enim figuram lachrymæ nomina imposuerunt veteres. *Calefacit, siccat, roborat, & subadstringit Olibanum; internus & externus ejus est usus, plurimus in suffimentis.*

Opopanax, Gummi Panacis, Opopanax, Panax = Gummi. Gummi sive succus lacteus concretus, e vulnerata circa radicem planta, æstivo tempore exsudans, atque sponte concretescens. Planta, quæ Botanicis *Spondylium majus,* sive *Panax Heracleum & Linnæo Pastinaca foliis decompositis palmatis* audit, florem habet rosaceum, umbellatum, luteum, folia lata Pastinacæ, verum magis composita sive ramosa, semina ampla, plana, bina, ovata. Gummi est quasi ex granulis, e rufo & albo flavescentibus, in glebas compactum, saporis amaricantis, acris, ingrati, odoris gravis. Bonitatis signum est, si facile in aqua solvitur, lactescit & valde amarum est. In Syria, Bœotia, Macedonia, Sicilia & Gallia meridionali provenit; colitur etiam in Botanophilorum hortis. *Emollit, digerit, flatus discutit, purgat pituitam lentam; externe etiam pro Galbano in emplastris adhiberi potest.*

Pix, Poix, Resine, Pech. Est pars resinosa, ex arboribus resiniferis, præsertim e pino, abiete, larice, collecta, cocta, & ab impuritatibus liberata. In usum medicum præcipue venit, quæ sequitur.

Pix navalis, Palampissa, Poix ou Resine noire, navale, Schiff = Pech, quæ navibus picandis adhiberi solet. Est resina sive pix magis cocta & fusca. *Ex septentrionalibus regionibus advehitur. Siccat, calefacit & discutit; usus est in Emplastris.*

Resina communis, vulgaris, Poix ou Resine blanche, Harz, Fichten = Harz. Colligitur magna in quantitate in silva Martia, ex abietibus & pinis, atque a corticibus arboris et aliis heterogeneis, per liquationem & colationem, liberata, in parva vasa lignea effunditur, atque longe lateque di-

venditur. Vocatur *Rübel-Harz*. Coloris est flavescentis, solida & odorata. *Ufus est in Emplastris; emollit, discutit, digerit.*

Sagapenum, Serapinum, Sagapenum, Sagapen. Lachryma seu Gummi est *Ferulæ Sagapeniferæ* a botanicis nondum descriptæ, ex qua sauciata colligitur. Nascitur in Media, Persia & aliis orientalibus regionibus. Optimum censetur in granis translucidum, foris fulvi vel rufi coloris, intus dilutioris, gustus acris, odoris ad Porrum accedentis. *Inter purgantia validiora habetur; auxiliari cum vino sumtum a bestiis venenatis commorsis Raj. Hist. plant. perhibet. Commendatur hydropicis, asthmaticis, atque tussi inveterata laborantibus. Resolvit, attenuat, & educit lentos humores ex ventriculo & intestinis, menses & urinam ciet, embryonem enecare creditur.*

Sandaracha Arabum, Vernix ficca, Gummi Juniperi, Gomme de Genevre, Wachholder-Harz, Sandarach. Resina est pellucida, Mastichis instar, in guttis tamen majoribus & longioribus, friabilis, saporis resinosi, odoris, dum accenditur, suavis, sicut Mastiche. Ex Africa advehitur, ubi ex arboribus Juniperi majoris, bacca rufescente C. B. sauciatis exstillat & colligitur. Cedrus eam quoque suppeditat; qualis tamen raro ad nos venit. *Proxime ad Mastichen accedit virtute. Ad suffitus etiam est usus; plurimus tamen ad vernices varias.*

Sanguis Draconis, Sang de Dragon, Drachen-Blut. Resinosa est substantia rubra, igni admota facile liquefcens, & attritu colorem dilute rubrum reddens. Saporis resinosi, adstringentis. Adfertur in folliculis figuræ olivaris, e foliis arundinaceis, convolutis, & *Sanguis Draconis in Granis* vocatur. Massa illa obscure rubra, quæ *Sanguis Draconis in Tabulis* audit, plerumque factitia, impura, opaca & vilioris pretii est. Colligitur e diversis arboribus, quæ Palmis adnumerantur, inprimis ex illa specie, quæ *Palma pruni-fera, foliis Fuccæ*, vocatur, e cujus caudice resinam rubram hanc promanare perhibent. Optima Sanguinis draconis resina, censetur illa, quam producit arbor, quæ *Draco Indica, siliquosa, populi folio, Angsana vel Angsana Javanica, Comelin. Hort. Amst. Pterocarpus (officinalis) Jacquin. Hist. Stirp. Amer. Append. & Linn. Mater. Med.* vocatur. Etiam ex caudice inciso arboris, quæ lignum nephriticum producit, gummi rubrum profluere, quo, loco Sanguinis draconis utuntur, *Rajus in Hist. plant.* perhibet. Plurimi putant, id, quod Sanguinem draconis vocamus, cinnabarim esse *Dioscoridis*. *Kæmpferus* vero aliam methodum, Sanguinem Draconis, e fructibus strobiliformibus *Palme coniferæ spinosæ*, eliciendi describit. Præfertur ille, qui ab aqua non dissolvitur, clarus, pellucidus, friabilis & eleganter ruber, atque vel in granis, vel frustulis, digiti magnitudinis, foliis arundinaceis involutus, advehitur. *Virtutes sunt adstringentes & siccantis; pulverem ad casum & dentifricios ingreditur; dentes firmat, & gingivas, scorbuto affectas, sanat.*

Sarcocolla, Sarcocolle, Collechair, Fleischleim-Gummi. Sunt granula gummosa, parva, ex albo rufescentia, friabilia, saporis amaricantis, acris, subdulcis, odoris nullius. E Persia ad nos transfertur. Sunt, qui plantam sive arborem siliquosam, flore papilionaceo scribunt; alii Tithymalum Persicum spinosum esse affirmant: *Linnaeus Penæam foliolis ovatis planis* vocat. Eligenda recens, (vetusta enim rufescit,) coloris pallidi, saporis amari, substantiæ porosæ, glutinosæ. *Calefacit, adstringit, consolidat, glutinat, maturat, in oculorum*

vum fluxionibus, albugine, nubeculis, lacte humano vel asinino macerata, commendatur.

Senegal Gummi, Senica, *Gomme de Senegal*, illud est, quod sub nomine *Gummi Arabici* in officinis prostat, atque ex *Guinea* advehitur, & a fluvio celebri *Senegal* vel *Senega* nomen habere videtur. Productum esse *Acacia*, *siliquis compressis*, plurimi autumant. Vires sunt eadem, quæ *Gummi Arabici*. *Plurimus usus in arte tinctoria & sericaria, ad lustranda sericea.*

Styrax, Storax Calamita, *Resine de Storax*, *Storax*. Massa est resinosa, pinguis, e flavo rufescens, saporis subacris, odoris suavis, fragrantis. Ex *Styrace* arbore, folio lanuginoso *Cotonei Mali*, flore monopetalo, velut infundibuliformi, multifido, fructu subrotundo, carnoso, uno vel altero officulo plerumque foeto, colligitur. In calidioribus *Europæ* regionibus nonnunquam reperitur, sed non fundit resinam, sicut in orientalibus, *Syria*, *Pamphilia*, *Cilicia*, &c. Olim in calamis sive cannis advehébatur, unde nomen *Calamitæ* accepit; nunc plerumque in massa, multis quisquiliis & rasura ligni inquinata, advehitur. *Styrax* in granis vero naturalis rarissima est. Eligatur pinguis, multis granulis resinosis, albicantibus mixta, rufescens, odoris suavis constantis. *Calefacit, emollit, concoquit. Cephalica & nervina est, catarrhis & tussi medetur; ad suffitus adhibetur.*

Tacamahaca, *Tacamahac*, *Tacamaque*, *Tacamahac*. Resina arida, flavescens, vel rufa, in glebas compacta, saporis resinosi, aromatici, odoris suavis, fragrantis est. Stillat ex arbore *Tacamahacæ*, quæ *Linnaeo Populus foliis oblongis acutis* vocatur. Folia sunt fruticis rosarum similia, dentata, & ut plurimum quinque, uno pediculo adhærentia. Flores parvi, albi, racematim congesti; semen unicum, triangulare. Vocatur etiam a *Batavis Sadelhaut*, id est lignum, ad ephippia conficienda idoneum. Nascitur in *Hispania Nova* copiose, & haud raro in insula *Madagascar* provenit. Duplex reperitur *Tacamahaca*, illa, quæ sponte ex arbore non vulnerata profluit, & in corticibus cucurbitarum colligitur, atque a *Gallis Tacamahac en Coque* vocatur, raro ad nos venit; altera in lachrymis & glebis, variæ magnitudinis, advehitur. Sit modo pura, suaveolens & fragrans. *Roborat, resolvit, maturat, emollit, dolorem ac flatum discutit. Internus usus rarus est; externe in emplastris, præsertim odontalgicis & stomachicis, adhiberi solet.*

Tragacantha, *Gomme Adraganth*, *d'Adragan*, ou *d'Epine de Bouc*, *Traganth*. Lachryma gummosa lucida, tenax, levis, in aqua solubilis, mucilaginosa est. Colligitur ex radice vulnerata fruticis *Tragacanthæ Linnaei*, *foliis pinnatis, non deciduis, costa media, cui pinnulae annexæ sunt, in longam, rigidam, acutam spinam procedente, flore papilionaceo, siliquis geminatis, in duplici alveolo, duplicem seminum seriem continentibus*, quæ etiam *Astragalus aculeatus fruticosus Massiliensis* a *Pluckenet* vocatur. Provenit planta copiose in *Syria*, imprimis circa *Aleppum*, & in *Candia*. Haud raro etiam in *Gallia*, circa *Massiliam*, occurrit, ubi tamen gummi raro vel nunquam fundit. Eligenda est alba, pura, vermiculata; rufa & impura rejicitur. *Humectat, acrimoniam mitigat, incrassat, atque in tussi a materia acris, dysenteria, ardore urinæ, raucedine, nec non in collyriis ad ophthalmiam bono cum successu adhibetur.*



CAPUT X.

DE RESINIS LIQUIDIS ET BALSAMIS NATIVIS.

Ambra liquida, Liquid-Ambra, *Ambre liquide*, flüßiger Amber. Est resina liquida, e flavo fusca, consistentiæ plerumque Balsami Peruviani nigri, saporis acris, aromatici, odoris suavis. Fluit vel sponte, vel ex incisa arbore Liquidambar seu Styracis Virginianæ, quæ a Rajo *Platanus Virginiana*, *Aceris foliis* quinquepartitis, floribus tripetalis, fructibus sphærocephalis, seminibus minimis, oblongis vocatur, & in Virginia, nova Hispania, & aliis Indiæ occidentalis regionibus occurrit. *Resolvit, emollit, maturat, & cum Balsamo Peruviano convenit. Usus plurimus est externus. Nierembergius in Hist. Nat. etiam interne in affectibus ventriculi & uteri conducere perhibet.*

Balsamum Canadense, *Baume de Canada*, Balsam von Canada. Species est Terebinthinæ. Fluit ex abiete Canadensi, quæ a *Pluckenetio*, *Abies minor*, *pectinatis foliis*, *conis parvis*, *subrotundis*, Gallis *Epinette* ou *Sapinette de Canada*, vocatur. Cum Terebinthina Veneta convenit.

Balsamum de Copaiba, Copahu, Copaivæ, *Baume de Copaiba*, *de Capahu*, Balsam von Copaiwa. Est liquor resinofus, limpidus, pallidi coloris, saporis acriusculi, amaricantis, odoris terebinthinacei, gravioris. Arbor *Copaiba*, hoc balsamum fundens, in *Brasilia*, *Americæ* regione, nascitur. Folia habet subrotunda, sive ovalia, flores pentapetalos, siliquas monospermas. Balsamum non nisi ex vulnerata arbore fluit; magna tamen in copia, ut spatio trium horarum propemodum duodecim libræ colligi possint. Duplex reperitur, quale prius est liquor limpidus, posterius vero crassioris est consistentiæ, instar Terebinthinæ; discrimen dependet ex diverso colligendi tempore: illud enim, quod statim post arboris incisionem profluit, est admodum clarum, album, odoris resinosi; hoc autem, quod sequitur, magis aurei coloris & consistentiæ densioris est; & ultimum hoc magna in copia ex Portugallia ad nos venit, alterum autem tenuius magis rarum est. Eligatur pellucidum, flavescens, liquidum, odoris fragrantis, & quod a Tinctura Tartari, vel alia alkalina, totum solvitur, atque Oleum copiosum æthereum dat destillatum. *Usus præcipuus est in gonorrhœa; dari vero etiam potest in diarrhœa & dysenteria, nisi febris contraindicet. Dosis est scrupulus dimidius, ad integrum. Externe præbet Vulnerarium egregium.*

Balsamum Indicum album, Peruvianum album, *Baume blanc de Perou*, weisser Indianischer, Peruvianischer Balsam. Est liquor resinofus, coloris pallidi, odoris ad Benzoës accedentis, suavis, saporis acris, amaricantis, consistentiæ mellis liquidi. Fluit ex arbore vulnerata, quæ *Cabareiba*, sive Balsamum Peruvianum a *Pisone* vocatur. Crescit arbor in America, & quidem Hispania nova, estque magnitudine Mali Medicæ, foliis Amygdali majoribus, tamen rotundioribus & magis acuminatis; floribus pentapetalis,

lis, in extremis ramorum flagellis luteis initio loculorum, oblongorum forma, sed, procedente tempore, quorundam veluti foliorum ceteris latiorum. Fructus sunt filiquosi, breves, ac in singulis semen unicum continetur. Rarius in Officinis, quam Nigrum, reperitur, quamvis ex eadem arbore eliciatur. *Adscribuntur vires potentiores Nigri, præsertim in pectoris affectibus, diarrhæis, gonorrhæa & ulceribus internis commendatur. Datur ex ovo sorbili; dosis guttæ tres, quinque, ad decem. Externe etiam præbet Vulnerarium egregium.*

Balsamum Indicum, Peruvianum nigrum, *Baume noir de Perou, schwarzer Indianischer, Peruvianischer Balsam.* Substantia est resinosa, ponderosa, fluida, coloris ex nigro rubentis, saporis acris, paululum amaricantis, odoris suavis, fragrantis. Coctione extrahitur, ramos atque etiam truncos arboris, modo sub Balsami Indici albi titulo, descriptæ, assulatum & minutim concisos, in lebetem amplissimum injiciunt, multaue insuper affusa aqua coquunt, quantum satis esse putant, igne sublato frigescere sinunt, & conchyliis Balsamum supernatans colligunt. Laudatur spissum, nigrum, ponderosum, odore fragrans, & quod mixtionem cum Oleis expressis respuit. *Calidum est, dissolvit, digerit, & roborat; præstantissimum est Vulnerarium, & tam interne, quam externe in usum venit; quia mixtionem cum omnibus liquoribus respuit, commode cum vitello ovi misceri atque exhiberi potest. Dosis guttæ tres ad sex.*

Balsamum Indicum ficcum, *Baume rouge sec, ou dur, trockener Indianischer Balsam.* Resina est pellucida, coloris fulvi & rutili, saporis acris, odoris suavis Benzoës, fragrantioris tamen & gratioris, dum recens, picis instar ductile, inveteratum vero friabile. Ex balsamifera arbore, quæ præcedentia Balsama, album & nigrum, Peruviana suppeditat, colligitur: ramuli nimirum abscissi & cortex vulneratus liquorem fundunt, qui, in corticibus cucurbitinis ad solem condensatus, ad nos transportatur. *Ejusdem virtutis cum Peruviano est, & commode in pilulis datur.*

Balsamum Orientale verum, Opobalsamum, Balsamum de Mecha, Ægyptiacum, *Baume de Judée, ou de Mecha, Balsam von Mecha.* Resina est liquida, limpida, albicans, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis, grati. Fluit & colligitur ex arbuscula vulnerata, balsamifera, sub titulo Carpobalsami descripta. Cum emanat, tenuissimum & albo colore tinctum est, mox post paucos dies, color albus in viridiusculum mutatur, & consistentiam olei balsamum acquirit; demum, post aliquot annos, in consistentiam mellis liquidi, vel Terebinthinæ Venetæ, coloris aurei, abit. Carum atque valde rarum olim fuit, nunc vero, cum vires ejus magis innotuerunt, ab incolis Arabiæ, lucri causa, copiosius ac frequentius colitur, atque facilius obtineri potest; inprimis vero sincerum per Legatos ad aulam Turcicam, quibus ceu munus a Turcarum Magnatibus offerri solet, nonnunquam ad nos venit. Ceterum maxima pars Opobalsami, quæ nobis venditur, *Balsamo de Copaiba* adulterata est; imo ipsum Balsamum de Copaiba, cum Oleo e Carpobalsamo expresso mixtum, pro vero venditur. Notæ sinceri & veri Opobalsami habentur: quod vehementis sit odoris, & quo magis recens est, acutioris, gratissimi, quod gustu sit amaricans, adstringens, modice acre, aquæ instillatum, tametsi parva sit gutta, supra totam aquæ superficiem expandatur, eamque liquatum totum supernatet, atque in ipsa coagulatum,

totum stylo excipi ac auferri possit, quodque in laneam vestem fufum eam non, sicut oleum, inficiat, quanquam ei adhæreat; ætas vero Balsami ex colore & consistentia, uti supra monuimus, æstimari debet. *Balsamum hoc toto orbe celebratum, tam interne, quam externe in usum vocatur; confert asthmaticis, calculosis & pro medicamento habetur polychresto.*

Balsamum Rackasira, *Baume Rakasira*, Copaivæ Balsamo tam sapore, quam odore aromatico & viribus longe præcellens. Americæ productum; arbor vero ignota.

Balsamum Tolutanum, de Tolu, *Baume de Tolou*, *Balsam von Tolu*. Liquor est resinofus sive Balsamum, coloris ex pallido ad aureum tendentis, consistentiæ Terebinthinæ Venetæ, glutinosæ, saporis dulcis, aromatici, odoris fragrantis, grati. Arbor balsamifera Tolutana pumilam pinum referre nonnulli perhibent; sed de ejus charactere inter botanicos nondum satis constat. Tam sponte, quam post incisionem factam, Balsamum effluit. Advehitur ex America, ubi circa urbem Tolu colligitur, sed raro non adulteratum in nostris officinis invenitur. *Cum Opobalsamo multum convenit, & vulnera recentia ita consolidare, ut nullam cicatricem relinquant, perhibetur.*

Styrax liquida, *Storax liquide*, *flüssiger Storax*. Est resinosa substantia, e fusco grisea, tenax, consistentiæ melleæ, odoris ut plurimum gravis. Magna dissensio inter auctores est: An Styrax liquida naturalis, vel factitia sit? Sunt, qui putant, ex eadem arbore, quæ Ambram liquidam largitur, provenire. Certum est: Styracem liquidam, uti in Officinis prostat, vel adulteratam, vel totam esse factitiam. *Calefacit & siccat; raro tamen in usum venit, nisi in Unguentis ad scabiem & emplastris.*

Terebinthina communis, sive vulgaris, *Terebenthine ordinaire*, *gemeiner Terpentin*. Est resina liquida, melleæ consistentiæ, ex abietis & pini arboribus extracta. Colligitur in multis Germaniæ & Galliæ provinciis. Eligenda, quæ pura, alba & fluida. *Usus est in ungentis & emplastris; laudatur imprimis in scabie leprosa, aliisque cutis defædationibus.*

Terebinthina Veneta, officinalis, *Terebenthine de Venise*, *Benedischer Terpentin*. Resina est liquida, mellis recentis consistentia, coloris flavescentis, saporis acris, amaricantis, odoris haud ingrati, *Laricis, folio deciduo, brevi*, Cedrinorum in modum nascentis, conis parvis. Nascitur quidem Larix in regionibus pluribus etiam Germaniæ, sed modo in calidis Terebinthinam fundit; maxima pars Terebinthinæ Venetæ ex Gallia, ubi in silva Lionensi copiose colligitur, ad nos venit, & *Terebenthine du Bois de Pilatre a Gallis vocatur. Virtute vix a vulgari differt; liquidior tamen, purior, & oleo ditior est. Tam interne, quam externe in usum vocatur; calefacit, emolliat, abstergit & incarnat; usus imprimis est in gonorrhœa debellanda, urina cienda. Drachma una vitello ovi soluta & aqua diluta album movet, atque ad ardorem urinæ, ulcera renum & vesicæ magnopere commendatur.*

Terebinthina vera, de Cypro, de Chio, *Terebenthine de Chypre*, *wahrer Cyprischer Terpentin*. Raro, aut nunquam in nostris officinis occurrit. Vulgari est spissior, coloris candido-flavescentis, ad cœruleum vergentis, odoris grati, & saporis acris, amaricantis. Tractu temporis Terebinthina

thina de Chio solidescit, atque formam & substantiam resinæ pellucidæ, solidæ, coloris subflavi, quæ dentibus non adhæret, induit. In Chio & Cypro ex arbore *Terebintho*, seu *Pistacia foliis impare pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis*, Linn. colligitur. Præfertur reliquis, & ad Theriacæ confectiorem requiritur; substituitur vero plerumque Veneta, seu laricea, quæ, si vivibus non æqualis, tamen haud multo inferior est.

CAPUT XI.

DE SUCCIS CONDENSATIS ET
CONCRETIS.

A aciæ Ægyptiacæ succus, *Suc d'Acacia veritable d'Egypte*, *Ägyptischer = Schotten = Dorn = Saft*. Ex Acaciæ Ægyptiacæ, (quæ Linnæo est *Mimosa spinis geminatis distinctis foliis duplicato pinnatis: particularibus utrinque quinque pluribus*), fructibus immaturis succus exprimitur, & lento igne inspissatur, qui in substantia solida, foris coloris nigricantis, intus rufescentis, saporis acerbi, austeri, adstringentis advehitur. Nascitur in Ægypto & Arabia. Eligendus, qui non nimis nigricans, nec friabilis, sed tenax est, atque totus in aqua solvitur. *Theriacam ingreditur; raro tamen ad nos pervenit; hanc ob causam Acaciæ Germanicæ succum substituunt. Adstringit, refrigerat & siccatur.*

Acaciæ Germanicæ succus, *Suc de Prunelles sauvages, eingetrockneter Schlehen = Saft*. Acacia Germanica, *Prunus silvestris*, sub fructibus descriptus est. Succus exprimitur e fructibus maturis, atque lento igne in vase fictili terreo inspissatur. *Refrigerat & adstringit. Succo Acaciæ Ægyptiacæ substituitur.*

Aloë caballina, *Aloë caballine, Ros = Aloe*. Est succus *Aloës Guineensis Caballinae*, vulgari similis, *Maculatae*, succo foetidior. Odoris est nau-seoli, picei, myrrhati; ponderosa, nec a facibus depurata, inspissata, coloris nigricantis.

Aloë hepatica, *Aloë hepatique, gemeine Aloe, Leberfarbige Aloe*. Succus est inspissatus, vel calore solis condensatus *Aloës vulgaris C. B.* foris colore fuscus, intus flavescens, hepatis instar. Exprimitur ex foliis; saporis est amarissimi, ingrati, parum adstringentis, odoris fragrantis, ad Myrrham accedentis. Colligitur in *China*, & inde advehitur; nascitur etiam planta in *Barbados*, *Americæ* Insula, & ibi succus inspissatur, qui, sub nomine *Aloës Barbadosis*, in cucurbitis adfertur, & Succotrina Aloë haud inferior est.

Aloë Succotrina, *Socotrina, lucida, Aloë Succotrin, feine Aloe, aus der Insel Socotora*. Succus est gummosus & resinosus *Aloës verae minoris, Succotrinae, angustifoliae, serratae, spinosae, floribus suave-rubentibus*, fusco-nigricans, e foliis vel vi expressus, vel e planta, circa radicem incisa, sponte destillans, atque a sole postea condensatus, coloris, quando teritur, crocei, saporis amari, odoris non ingrati. In Insula Socotora magnus est proventus hujus plantæ, & succus condensatus inde adportatur. Communis hucusque fuit opinio, Aloës species, quæ in Officinis prostant, ex una eademque planta colligi, atque saltem puritate inter se differre; ex præmissis vero

innotescit, diversas Aloës esse plantas ac species. Aloë quidem Epatica vera & Succotrina ex eadem specie elici possunt, & tantum ratione patriæ differunt, illaque, quæ ex China transportatur, Epatica, ex Succotora Insula, Succotrina appellatur; Caballina vero e peculiari specie Aloës maculatæ colligitur; foetorem nunquam totum amittit, si multoties etiam aqua solvatur, atque rursus inspissetur. Notæ genericæ Aloës sunt radix perennis, fibrosa vel tuberosa; folia longa, integra, Sedis fere accedentia. Flos monopetalus, tubulatus, infra in ventrem prominens, supra angustior, ibique in sex segmenta scissus, nudus, sex staminibus præditus. Fructus oblongus, trilocularis, cylindraceus, hexagonus, foetus seminibus planis, quasi semicircularibus. Aloë eligenda Succotrina pura, lucida, odoris non adeo ingrati. Aloë Hepatica, quæ hodie a nonnullis Succotrinæ præfertur, easdem notas bonitatis habet, colore tamen dilutior est; sæpius vero, imo semper, Aloë Caballina pro Hepatica divenditur, quæ tamen ab illa facile odore nauseoso myrrhato distingui potest. *Aloë, præter vim purgantem, etiam calefacientem habet, sanguinem commovet, menses & hæmorrhoides ciet, lumbricos enecat; frequenter tamen in usum vocata noxia est, præsertim biliosis, hecticis, ad hæmoptysin, fluxum hæmorrhoidalem nimium, & mulieribus ad abortum dispositis.*

Hypocistidis succus, *Suc d' Hypociste*. Substantia est nigra, nonnihil resinosa, austeri, acidi & adstringentis saporis. Non solum ex Creta insula, sed etiam ex Gallia Narbonensi & Provincia, ubi planta copiose provenit, advehitur. Hypocistis planta est parasitica, quæ sub Cisto assurgit, cujus radicibus inhæret. *Linnæo* vocatur: *Asarum foliis sessilibus imbricatis, floribus quadrifidis*. Tota abscissa contunditur, atque succus expressus inspissatur. *Refrigerat, siccatur & adstringit. Ad Theriacam & Mithridatium requiritur.*

Liquiritiæ succus, Glycyrrhizæ, *Suc de Reglisse en bâton, Süßholz-Saft, Lakrizen-Saft*. E radice Liquiritiæ exprimitur, ignis calore inspissatur, & in Trochiscos vel Magdaleones formatur. Affertur ex Hispania & Franconia, ubi in agro Bambergensi copiose Liquiritia colitur. Eligitur prior, qui totus in aqua solvitur, & saporis est dulcis, parum amaricantis. *Demulcet, expectorationem promovet, nephriticis & tussientibus prodest.*

Lycii succus, *Suc de Lycium, Burdorn-Saft*. Extrahitur coctione & inspissatione e ramulis Lycii, arbuscula spinosa, frequenter in Lycia, Asiæ provincia, occurrente. Saporis est amari, austeri & adstringentis, coloris nigri. In glebis advehitur; raro verum in usum venit. *Refrigerat & adstringit; ad ulcera oris & gingivarum masticatus commendatur.* Verosimile est, Gallorum *Grana d' Avignon* esse fructus arbusculæ, ex cujus ramulis hoc extractum excoquitur.

Manna Calabrina, *Manne de Calabre, Manna*. Est succus concretus, collectus ex Arbore *Fraxini & Orni*, in Calabria, Sicilia & agro Romano. Saporis dulcis, subacris, pinguis, odoris melliti. Arbore Fraxini diebus canicularibus, calidissimis horis, cœlo sicco sponte emittunt succum viscidum, subdulcem, qui a sole condensatus & collectus, ulterius exsiccatur, & Manna vocatur. Spontanea *Manna*, incolis *di Cerpo* dicta, a die vigesimo primo Julii, ad finem hujus mensis usque, e novellis ramulis effluit; Julio desinente, corticem Fraxinorum incidunt, tunc a meridie ad sextam horam fluit idem liquor, & in grumos crassiores, caloris ope, cogitur, atque *Manna forzata* dicitur. Nonnunquam, ob hujus succi copiam, in cortice arboris elevantur tubercula, unde

unde cortex hifcit, & sponte succum plorat, qui solis calore in Mannam condensatur. Mannam non omnes Fraxini ac Orni arbores fundunt, sed juniores tantum, quarum cortex non scaber, sed levis est. Optima est in granis, sive granulata, quæ ex Calabria adfertur, alba, parum flavescens, dulcis, linguam tamen modice mordens, levis; *Camulata* dicitur, quæ ex Arbore vulnerata stillans, canna vel arundine excipitur, condensatur, & in frustulis longis advehitur. *Leniter alvum movet, abstergit. Pueris, mulieribus prægnantibus & senibus tuto dari potest. Dosis drachmæ duæ ad octo vel duodecim.*

Mel, Miel, Honig. Liquida crassiuscula est substantia, dulcis, ex albo flavescens, ab apibus, e variis vegetabilibus collecta. Sunt, qui credunt, Mel nihil esse aliud, nisi extractum Florum, cum subtiliori roris substantia conjunctum; alii Chylum apum in ventriculis earum consummatum, & vomitu intra favos rejectum esse contendunt. Certum est, Apes ad mellis generationem multum conferre, non solum colligendo mel e floribus, ubi a natura paratum prostat, sed etiam in ventriculo ulteriori coctione perficiendo, quamvis etiam fieri possit, ut mel, quod apes intra cavum proboscidis colligunt, quæ plena est granulis, sive glandulis, in ea pariter nonnullam mutationem subeat. Mel differt tam ratione coloris, quam loci & varietatis plantarum, ex quibus collectum fuit. Habetur *Album*, quod Virgineum vocatur, & ex novellis favis, vel juniorum apum examinibus, citra ignem, colligitur; *Flavum*, quod vetustiores favi suppeditant. Pro diversitate loci & plantarum pariter deprehenditur differentia; ubi enim plantæ nobiliores proveniunt, mel etiam gratius & melius existit, quod plantas, ex quibus collectum fuit, redolet, & sapore prodit; sic *Mel silvestre* plerumque pinum & resinam redolet; Mel vero *Narbonense*, ubi Rosmarinus aliæque nobiliores plantæ occurrunt, delicatius deprehenditur, unde reliquis etiam præfertur. Vilioris est pretii, quod ex Polonia advehitur. *Mel calidum est, abstergit, nutrit, aperit, pulmonibus confert, urinam ciet; præcipue senibus & pblegmaticis convenit, junioribus calidisque subjectis parcius propinandum, biliosis & hystericis raro vel plane nunquam.*

Opium, Meconium Thebaicum, Opium de Thebes, ausgetrockneter Mohn-Saft. Colligitur e capitibus *Papaveris sativi*, maturitati proximis, vulneratis. Culter, huic negotio inserviens, quintuplici acie est instructus, qui una sectione quinque infligit vulnera longa, parallela. E vulnusculis statim promanat liquor lacteus, qui a sole condensatur, & postridie scalpro abstergitur; tum altera capitis facies eodem modo vulneratur, & Opium colligitur. Colitur expresse Papaver in agris, & in plantis ramosis majoribus superflua capita amputantur, ut reliqua magis grandescant, & succo impleantur majoris efficaciam. Lachryma primæ collectionis præfertur, & majori pollet demulcendi virtute. Opium ita collectum aqua humectant, spatula lignea optime permiscet, in glebas efformant, & foliis *Papaveris* plerumque involutum, vendunt divitibus sub nomine *Affion*. Pauperes ex foliis ac stolonibus *Papaveris* *Opium* speciem excoquunt, quam soli porro condensandam exponunt; hoc medicamentum *Poust* vocant, quod nobis sub nomine *Meconii* venit, & vilioris virtutis & pretii est. Opium, quod in regione Thebaica, Ægypto confini, colligitur, optimum censetur. Copiosissima etiam in Natolia, Cilicia, Cappadocia, aliisque Orientalibus regionibus collectio est. Eligendum, quod coloris e nigro rufescentis est, ponderosum, densum, inflammabile ac ardens, sapore amarum & acre, odoris fortis, narcotici, nauseosi, quod facile aqua diluitur, aut solvitur, nec multas fæces relinquit. Gummosæ substantiæ plurimum;

resinosæ parum alit. *Variae virtutes Opio adscribuntur, quarum primariae somniferæ, anodynæ, diaphoreticæ & antispasmodicæ; Indi aliique Asiæ incolæ aphrodisiacas addunt. Certum divinum est Medicamentum, quo in Medicina vix aut nullo modo cavere possumus, & si Medicis hoc remedio non esset prospectum, tradente Bontio, frustra in calidissimis Indiæ regionibus Medicinam facerent dysentericæ, cholericæ, febribus ardentibus, ac reliquis biliosis affectibus, orgasmo turgentibus; sic etiam Confectiones illas celebres, Theriacam, Mithridaticam, aliaque Phylonia maximam suæ laudis & efficacis partem Opio debere, extra dubitationis aleam positum est. Crudum apud nos raro in usum venit, sed plerumque Extractum vario modo paratum; an vero hac prætensa correctione revera corrigatur, vel potius castretur? lis inter autores est. Dosis Opii vix determinari potest; sufficit unum aut alterum granum, imo præstat, in minima Dosi, exempli gratia, quartam grani partem, repetitis vicibus, quam majori, una vice, exhibere quantitate; præsertim in colica spasmodica caute cum illo mercandum, ne funesta paresis illam sequatur. Opio assueti facile majorem dosin perferre possunt, & prostant exempla inter germanos, qui spatio 24. horarum integram drachmam, immo unciam semis, absque ulla secuta noxa, devoraverunt. Aliquo jure locum sibi hic vindicat.*

Sagu, Zagoe, nonnullis Segos, sunt granula pallida, milii, imo sinapeos semine paulo majora, quæ ex India Orientali afferuntur. Arbor ex qua Sagu colligitur, ad Palmas refertur, & apud Botanicos: *Palma Japonica, spinosis pediculis, polypodii folio; Palma Indica, caudice in annulos protuberante distincto, fructu pruniformi; Palmam referens arbor, farinifera, audit. Nascitur in Japonia, & plurimis Indiæ Orientalis regionibus, præcipue in Ternate & Amboina insulis. Tres arboris species, Sagu proferentis, a Jonstonio recensentur: prima, quæ Zagu fert in orbiculato capite, quod in summo vestigio brassicæ capitate instar extuberat. Secunda quæ illud in trunco fert, & tertia, quæ materiam duntaxat suppeditat.*

Plurimi putant, Sagu, quod ad nos defertur, præparatum, & ex farina, sive medulla arboris aqua subacta, certa encheiresi granulatum & siccatum esse. Quod & vero simile est. Granula enim sinapi semine vix majora in lacte vel jure carnis cocta, grandescunt ad hordei excorticati magnitudinem. *Non solum delicii loco habetur Sagu, sed & morbo consumptis & emaciatis bonus est cibus, imo medicina refrigerans & demulcens.*

Saccharum, Mel Cannæ, Zuccarum, Sucre, Zucker. Est succus ex arundinibus sacchariferis expressus, dulcis, concretus, & in salis formam redactus. *Arundo saccharifera herba graminifolia est, floribus imperfectis stamineis, media inter Miliaceas & Arundinaceas. Radices sunt succulentæ, dulces, e quibus germina erumpunt, quæ transplantata adolescent, & in cannas, sex pedes, vel etiam quandoque ultra longas, geniculatas, foliis angustis, striatis, circa genicula vestitas, excrescunt: fungosa medulla dulcissimo succo ubertim referta est. Cannas has, cum ad dimidiam sui altitudinem pervenerunt, abscindunt, atque, separatis foliis, succum certis machinis exprimunt, statimque, ne acescat, in ahenis ebullire faciunt, despumant, &, addito lixivio e cineribus & calce viva, purificant, atque ad justam consistentiam redigunt. Saccharum hoc, quod farinaceum appellant, postea rursus solvitur, magis purificatur, &, pro gradu puritatis, & ratione formæ, varias dat Sacchari species, quod vel in cistulis, vel pyramidibus, variæ magnitudinis, charta cœrulea involutum, ad nos venit, atque vel Saccharum Farinaceum,*
vel

vel *Melis*, *Refinatum*, *Canariense* & *Finissimum* vocatur. *Saccharum Thomæum*, *Rubrum*, *Thomas-Zucker*, nomen ab Insula St. Thomæ habere ajunt; paratur vero etiam e Syropo, qui in efformatione pyramidum saccharinarum exstillat, & ad crystallisationem haud idoneus est; propter lentorem & pinguedinem facile humescit ac diffluit; saporem cæteris habet dulciorem & melleum, haud gratum. Quo solidioris & siccioris consistentiæ est, eo melius habetur.

Saccharum liquidum, *Sucre liquide*, *Syrup-Zucker*. Liquor melleus est fuscus, & nunquam ad solidam consistentiam perducitur potest, & si in eam perducatur, tamen sponte iterum diffluit, e conis pyramidatis exstillat, & vilissimum omnium est.

Saccharum candisatum, *Canthum*, *Gallis Candi*, *Candel-Zucker*, *Zucker-Candi*, paratur, cum *Saccharum* pyramidale in aqua solvitur. Solutio ad certum gradum crystallisationi aptum, lente inspissatur, & in vasis, quæ fila hic ibi trajecta habent, ad crystallisationem reponitur. Quo purius adhibetur *Saccharum*, eo albidiores & pulchriores ex eo nascuntur crystalli, unde *Saccharum candisatum crystallinum album*, vel *rubrum*, diversæ speciei, obtinetur.

Usus Sacchari est notissimus, & tam medicus, quam culinaris. Sunt, qui credunt, Saccharum mucaginem in ventriculo generare; quod tamen non fit ex Sacchari lentore, cum sit sal potius Essentiale resolvens, & hoc respectu usus saccharinorum in febribus intermittentibus, ex visciditate & lentore humorum, & obstructione ortis, non solum plane innoxius, sed potius commendandus est, juxta nonnullos. Externe ulceribus sordidis scopo mundificandi inspergitur.

Scammonium, *Scammonia*, *Scammonée*, *purgirender Winden-Saft*. Est succus resinofus concretus, e radice *Convolvuli Syriaci*, flore majori, *Scammonia dicti*, vel *Convolvuli foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis ramosis inflatis Linn.* per incisionem prolectus, vel etiam expressus. Nascitur planta in regionibus calidioribus, præsertim in Syria, circa Antiochiam, in Lesbo & Samo insulis. Optimum censetur *Scammonium Aleppense*, & illi, quod e Smyrna venit, longe præfertur. Sit purum, leve, nitidum, splendidum, resinofum, friabile, madefactum lactescens, & linguæ admotum non vehementer acre & urens. *Purgans est catholicum, & bene operatur. Male quidem apud nonnullos audit Scammonium, & sunt, qui illi vim drasticam, inflammatoriam, & quod cruciatus & tormina excitet, adscribunt: Verum enim vero Scammonium, si caute adhibeatur, & non delicatulis, siccis, hecticis & debilitate ventriculi laborantibus propinetur, semper bonum edit effectum, præsertim, si per liquiritiæ decoctum, uti in posteriori parte hujus Dispensatorii describitur, correctum est, atque salibus permixtum in usum vocatur. Dosis grana tria, ad duodecim.* Succis condensatis & concretis subjungimus aliud concretum, terreo-acido-oleoso-salinum, quod

Tartarus, *Tartre*, *Weinstein*, vocatur, & Sal est Essentiale Vini, quo dolia, in quibus vinum asservatur, intus quasi incrustantur. Vel *ruber*, vel *albus* est; vina rubra rubrum, alba album Tartarum largiuntur. Optimus censetur albus, cui nullæ fæces adhærent, & qui crystalli albis in superficie ornatus est. Hispanica, Hungarica & dulcia Gallica vina parum suppeditant; Rhenana, Mosellana & Franconica magnam, Neccarina haud ita largam deponunt quantitatem. Difficile, & non nisi in vigecuplo aquæ ferventis, solvitur. Crudus, si in usum vocatur, aqua tepida prius ablui & iterum siccare debet. Sed si duabus & dimidiæ partibus Cremoris tartari addit Boracis, salis ferè æque difficulter solubilis, mixtum habebis in aquæ triplo solubile. Sunt, qui

ita ablutum etiam crystallis præferunt, atque a drachma una ad duas exhibent. *Purgat primas vias, absque ulla molestia, incidit, atque resolvit, summumque est corrigens biliosorum & acrium humorum. Nullum, præter Tartarum, cognitum est corpus, quod plus aëris elastici, dum crematur vel destillatur, generet, & tantos vapores omnino incoercibiles exhalet. Non solum ad usus medicos & chemicos, sed & varios mechanicos expetitur.*

Terra Japonica, Terra Catechu, Cachou, Japonische Erde. Ad vegetabile regnum pertinet, estque succus condensatus, ex variis vegetabilibus expressus; basin succus Acaciæ Orientalis constituit, vel secundum C. B. fructus sessilis, Palmæ Arecciferæ, qui *Faufel* dicitur. Advehitur ex India Orientali, Pegu, Malabaria, Bengala & Zeilon. Eligenda resinoso-gummosa, dura & purpureo nigricans, & quæ facile in aqua tepida solvitur, menstruis tamen spirituosus pariter auscultat. *Adstringit & in fluxionibus alvi & hæmorrhagiis nimis adhibetur.*

CAPUT XII.

DE FUNGIS ET MUSCIS.

Agaricus albus, Agaricum, *Agaric*, *Lerchen-Schwamm*. Est ex crescentia fungosa arboris *Laricis*, rotundo-angulosa, inæqualis, pugni, non raro hepatis infantis magnitudine, substantia interna candida, friabili, externa corticosa, callosa, cinerea, subrufa, sapore subdulci, mox amaricante & acri, parum adstringente. Signa bonitatis sunt: ut sit fragilis, candidus, & splendens atque levis. Larix arbor juvenis Terebinthinam, quam Venetam vocant, fundit, senescens vero, loco Terebinthinæ, Agaricum progignit. In Galliæ Provinciis, Alpibus & montibus Tirolensibus provenit. *Bilem, serum & pituitam educit, asthmaticis & tussi laborantibus confert. Veteres adhibere solebant, dum a remotis locis materiam peccantem educere voluerunt. Etiam menstrua ducit; unde & prægnantibus, monente Rajo, ejus usus interdicitur. Crudus nunquam, nisi in infuso, Trochiscatus in pilulis datur. Dosis in infuso drachmæ duæ vel tres. Adduntur pro stimulo Sal gemmæ vel Cremor Tartari; pro correctione Zingiber vel Caryophylli.*

Boletus cervinus, Fungus cervinus, Tubera cervina, Lycoperdon solidum Linn. *Boletus cervinus*, *Hirsch-Brunst*. Est fungus inæqualis, rotundus, magnitudine juglandis nucis, aliquando minoris, sub cortice coriaceo fusco includens medullam pulverulentam, ex purpureo nigrescentem subtilissimam, quæ exsiccata nullius est odoris. Nascitur in silvis. *Recens habetur pro aphrodisiaco, exsiccata interior pulverulenta substantia vero, vix operæ pretium præstabit; ad tingenda Balsamorum corpora autem utilis est.* Sunt, qui *Fungum Phalloidem fætidum*, penis imaginem referentem, & qui insigni odore cæteros omnes antecellit, atque in silvis, mense Junio & Julio, in locis umbrosis crescit, pro cervino Boletu, qui e spermate cervi ortus sit, false offerunt; qui tamen potius ad noxios fungos pertinet, & nullius usus est in Medicina.

Bovista chirurgorum, Fungus rotundus, orbicularis, pulverulentus, Crepitus lupi dictus, sive ovatus, Lycoperdon subrotundum lacerato-dehiscens, Linn. *Vesse de Loup*, *Bovist*. Vocatur etiam *Lycoperdon*, & ad fungos pertinet noxios. Est levis, & non raro magnitudi-

nem

nem pugni excedit, cortice tenui cinereo vestitus, medulla, sive interiori parte spongiosa & compressa, pulverem subtilissimum, fuscum profundit. In pascuis & pratis siccioribus nascitur, atque copiose circa pagum *Deinacum*, ob acidulas ibi scaturientes, celebrem, in silva occurrit. *Adstringit & siccat, & abs Chirurgis vulgo ad hæmorrhagias sistendas in usum vocatur externum.*

Fungus Salicis, Eponge de Saule, Weiden-Schwamm. Fungus pileatus, lamellatus, pileolo, dum recens, superius flavescente, lamellis candidantibus, salici adnascitur. *In phthisi, etiam consummata & deplorata quasi curanda; celebratur; bis de die, a drachma semis ad integram, ex ovo sorbili, vel in pulvere, saccharo mixtus, commendatur; ab aliis vero ad noxios fungos refertur.*

Fungus Sambuci, membranaceus, Auriculam referens, Auricula Judæ, Oreille de Judas, ou de Juif, Coloris e cinereo nigricantis, in caudice Sambuci nascens, Hollunder-Schwamm, Judas-Shr. Fungis perniciosus accensetur; in aqua mollescit, & illam mucilaginosam reddit. *Adhibetur tanquam refrigerans in oculorum inflammationibus, in aqua rosarum maceratus; additur etiam nonnunquam gargarismis, ad faucium inflammationem.*

Spongia Cynosbati, seu Fungus Bedéguar, Eponge de Cynorrhodon, Schlaf-Kunzen, Schlaf-Aepfel, Haagenbotten-Schwamm. Pila hirsuta, seu excrescentia quædam spongiosa, hirsuta, quæ nonnullis *Fungus comosus* vocatur, & in meditullio alveolos, insecti sobole repletos, habet, atque frutici *Rosæ silvestris* adnascitur; coloris est rufi herbacei, odoris, dum recens, rosacei, magnitudinis nucis juglandis, sæpe ad Mali mediocris accedentis. Ortum habet, sicut Galla; ab insectorum punctura, ovula deponentium, e quibus primo vermiculi, postea Nymphæ & tandem Muscæ, colore ex aureo viridi coruscantes, prodeunt. *Adscribitur illi vis adstringens, antinephritica, si in pulverem trita, a scrupulo uno ad duos, exhibeatur, & ab aniculis hypnotica, si pulvinari subdatur.*

Muscus Acaciæ, Mouffe de Prunier sauvage, Schlehen-Moos. Muscus vocatur substantia illa exsucca, incana, tenuibus filis contexta, arida, villosa, arboribus adultis adnascens, *Bryon* quoque dicta. *Muscus, qui Acaciæ Germanicæ vel Pruno silvestri adnascitur, adstringit, & ad balnea & fots adhibetur, in prolapsu uteri & ani, aliisque morbis, ubi adstrictione opus est.*

Muscus arboreus, quernus, Mouffe de Chêne, Baum-Moos, Eichen-Moos. Eligendus albus sive candidus, prolixus, qui barbæ instar e ramis *Quercuum* adutorum pendet. *Adstringit, & insigne est anodynum; hinc in tussi clangosa, ferina, infusum hujus Musci laudatur. Ventriculum roborat, & fluxiones quascunque prohibet.*

Muscus corallinus, sive marinus, inter Marina quærendus, sub tit. Corallina.

Muscus terrestris, clavatus, Lycopodium, Mouffe terrestre, dictus, sub Seminibus descriptus prostat. *Adscribitur plantæ huic vis singularis contra Plicam Polonicam. Virtutem habet traumaticam; scorbuticis, tussientibus, phthysicis, hæmoptycis, calculosis & asthmaticis medetur. Exhibetur in infuso, cum aqua fontana, vel vino albo.*



CLASSIS TERTIA.
REGNUM ANIMALE.



DE
ANIMALIBUS ET EORUM
PARTIBUS.

Aegagropilæ, Pilæ Damarum, Rupicaprarum, *Ægagropila*, *Bezoard d'Allemagne*, *Gemsen-Rugeln*. Ita vocantur, quia in primo, seu secundo ventriculo horum animalium inveniuntur. Raro sunt rotundæ figuræ, frequentius oblongæ, pondere levissimæ. Duplici constant substantia, quarum interior e fibris radicum, aut filamentis & cauliculis concreta esse videtur; exterior cortex est quasi coriaceus, mollis, interdum etiam lignosus, rarissime lapidescens, coloris ut plurimum cineritii, fusci, ex luteo obscuri, vel ex pallido viridescens. Magnitudinis sunt variæ, quæ tamen pugni magnitudinem vix vel nunquam excedit. Non in omnibus Damis & Rupicapris pilæ hujusmodi reperiuntur; concretum enim sunt præternaturale, quod de dispositione animalis morbosa testatur. Per cohæsiorem fibrarum cum succo plantarum, nondum perfecte resoluta, ac mucò ventriculi, successive formari, vero est simillimum. Ex Helvetia & Tirolensibus Alpibus, quas Rupicapra incolunt, ad nos portantur. Sunt, qui ex fibris herbarum & radicum, additis pilis, ejusmodi Pilas efformare student, atque emtores decipiunt, quæ tamen fraus ab exercitato facile detegitur. Eligantur pilæ non adeo magnæ, leves & tamen solidæ, non ex pilis, sed potius e fungosa, fibrosa & foliacea substantia concretæ. *Adscribitur vis antepileptica, cephalica, alexiterica, & Bezoar Germanicum appellantur; prodesse creduntur in morbis malignis, partu difficili, atque arthriticis commendantur. Sed nostris temporibus usus earum exoluit.*

Album Græcum, Stercus caninum album, *Crotte de Chien*, *weisser Enzian*. Sunt excrementa alvina canis, ossibus nutriti, alba, non foetentia. *Siccant & abstergit, discutit & aperit. Utiliter interne in Colico dolore & dysenteria, externe ad anginam & ulcera maligna exhibetur.*

Alcis Cornu, *Corne d'Elan*, *Elends-Horn*.

Alcis Ungulæ, *Ongle d'Elan*, *Elends-Klauen*.

Alces est animal gregarium, bisulcum, cornibus palmatis, in hoc genere maximum; mutat cornua, sicut cervus. *Tam Cornu, quam Ungula, præsertim vero hæc, pro infallibili Antepileptico habetur, & vix ullus prostat antepilepticus pulvis, cui non admixta est Ungula Alcis. Incenditur etiam & naribus admovetur, ad arcendos insultus epilepticos. Cornu cum Cornu Cervi convenit, cum quo easdem virtutes habere a sanioribus creditur.*

Apri Dentes, *Dents de Sanglier, wilde Schweins-Zähne.* Aper ad porcinum genus pertinet, non ruminat, & bisulcus est. Reliqua sunt notissima. *Dentes specificè in pleuritide vulgo commendantur. Vide Præparata.*

Aselli, sive Millepedes, Millepedæ, Centipedes, *Cloportes, Mauer-Esel, Keller-Esel.* Sunt insecta terrestria, non alata, exsanguia; adscribuntur a nonnullis viviparis, ab aliis oviparis; gaudent quatuordecim pedibus, utrimque septem, latera peripheriæ corporis serræ modo sunt dentata, cutim habent quasi squamosam, e novem articulis inæqualibus constantem, quibus sese contrahere & complicare in orbem piluliformem possunt; instructa præterea sunt antennis prominentibus; degunt in cellis, aliisque locis uliginosis, in rimis parietum, & tepido vivunt humore. *Vires possident specificas in visciditate tartarea resolvenda, in obstructionibus viscerum aperiendis, adeoque in morbo regio, dolore nephritico, asthmate, & difficultate urinae adhibentur.*

Bezoar Occidentalis, *Bezoard Occidental, Occidentalischer Bezoar.* Est concretum lapideum in *Capricervæ occidentalis, Cuguacu,* ventriculo natum. Orientali est fragillior, & laxior, minus levis, e multis sibi invicem impositis lamellis, multo crassioribus, coloris & magnitudinis varii, modo nigri, modo cinerei, modo viridescentis. In meditullio plerumque reperiuntur vel paleæ, vel pili. Lapidem hi Bezoardici non in omnibus reperiuntur *Capricervarum* ventriculis, sed, sicut de *Ægagropilis* notavimus, præternaturalia & morbosa concreta esse videntur. Proprium hoc habet India occidentalis, quod vix reperiatur animal, in quo non tales lapides inveniantur, qui omnes, sub nomine Bezoar occidentalis, adferuntur, & ideo differentis figuræ & coloris sunt, atque tam vili pretio, respectu orientalium, venduntur. *Adscribitur illis vis alexipharmaca, sudorifera, antepileptica, cordialis, absorbens, acrimoniam temperans, & urinam movens. Sed experimenta prudenter instituta adhuc desiderantur.*

Bezoar Orientalis, *Bezoard Oriental, Orientalischer Bezoar.* In *Capricervæ orientalis, Gazellæ indicæ, cornibus rectis, longissimis, nigris, prope caput tantum annulatis,* ventriculo reperitur. Patria hujus lapidis est Persidis provincia *Laar,* aliæque. Animal pilis brevibus e cinereo rufis vestitur, magnitudinem *Capræ domesticæ,* ejusdemque caput barbatum obtinet; cornua fœminæ sunt vel nulla, vel exigua; Hircus longiora & liberalius extensa gerit, annuli in cornibus annos ætatis animalis referunt; timidissimum & fugitivum est animal, atque asperrimos montes inhabitat; non autem in omnibus regionibus, quas inhabitat, lapides in hisce gignuntur animalibus. Lapidem Bezoar ferre judicantur annosa, valde macilentata, quæ circumspiciuntur incedunt, & insidias magis, quam sodales, metuunt. Locus, in quo lapis invenitur, est Pylorus, sive productio quarti, quem vocant, Ventriculi fundus, ad cujus latus plica quædam, sive scrobiculus, mucoso humore oblitus, lapillum suggerit. Lapidem hos, vivente animali, nondum habere eandem duritiem, sed molliores & friabiles esse, perhibent; propterea recens exsecti ne improvide frangantur, vel tacti nitorem perdant, ab inventore ore excipi, & aliquamdiu foveri, donec induruerint, mox Gossypio involvi & asservari solent. Notæ bonitatis sunt, quod lamellatim

mellatim sint concreti, quod cavitas interna eorum non plane vacua, quod in aquam injecti ejus limpiditatem non turbent, nec pondere vel diminuantur, vel augeantur, quod chartæ, creta vel calce, oblitæ, affrici, lineam ducant ex luteo viridem; falsum vero est, quod legitimi exinde cognoscantur, quando candens acus intrudi possit, adulterini enim, ex materia resinosa compositi, acum etiam admittunt, legitimi vero plerique ita indurati sunt, ut acum candentem respuant; nec etiam nota est factitii lapidis, si interiores laminæ deterioris substantiæ & coloris sunt; ea enim disparitas ex diversitate alimenti provenit, dum genitrix bestia locum pastus mutat. Pro genuinis porro lapidibus orientalibus illi habentur, qui inter resinæ & lapidis substantiam ambigunt, contusi in Spiritu Nitri vel Salis dissolvuntur, ac Menstruum satis rubente colore imbuunt. *Bezoar ut alexipharmacum, absorbens acidum, & humores resolvens a nonnullis adbuendum prædicatur, atque ad multas maximam partem exoletas compositiones Pulverum Bezoardicorum requiritur.*

Bezoar sive Lapis Coromandel, *Bezoard de Coromandel.* A regione, unde advehitur, ita dictus. Variæ hi lapides sunt magnitudinis & coloris diversi. Alii enim dilute virides sunt, alii magis ad fuscum colorem vergentes, alii dilute flavescunt, alii ex modo dictis coloribus sunt variegati. Colorem facile attritu chartæ communicant. Intuitu molis sunt leves, substantia fissiles atque friabiles. In centro uti plerique lapides hujus originis, straminum, foliorum aut pilorum particulas inter se convolutas exhibent. Igni admoti flammam concipiunt, & odorem haud ingratum spargunt. Sunt, qui factitios hos lapides, autumant; Certum vero est, in ventriculis & intestinis Bubalorum inveniri, atque genuinas esse concreciones in modo dictis animalibus ortas. Bestiæ hæ in Orientalibus Indiis admodum sunt frequentes, atque loco boum & equorum ad agriculturam adhibentur. Vagantur per sylvas, foliisque arborum gummoso-resinosarum vescuntur, quæ procul dubio ab ipsorum stomacho difficulter soluta coagulum hoc formant, quod appositione novæ lamellæ sensim augetur, & in calculi mollioris foliacei substantiam abit. Copiose sæpius inveniuntur, & vel a bestia cum excrementis ejiciuntur hi lapides, vel mole & numero graves hospitem interficiunt. *Vires hujus concreti habentur bezoardicæ ac sudoriferæ, & in febris malignis commendatur. Dosis scrupulus unus & ultra.*

Bovis sive Tauri Fel inspissatum, *Fiel de Boeuf épaisi, eigetrocknete Ochsen-Galle.* Lento igne ad Extracti consistentiam evaporatur & servatur. *Plerumque ad unguenta & emplastra contra vermes adhibetur; interne suntum album movet, & vermes enecat. Bilem animalium in genere magnopere deprædicat in corrigendo glutinoso spontaneo L. B. van Swieten.*

Bufones exsiccati, Rubetæ terrestres majores, *Crapaux secs, gedörte Kröten.* Animal hoc omnibus est notissimum. A veneno Bufonis oritur tumor, pallor, ad buxum colorem inclinans, respiratio difficilis, anhelosa, oris halitus gravis, vertigo repentina, syncope, convulsiones, interrupta labia, linguaque nigricans & balbutiens, obtutus torvus, vomitus effrænis, sudor frigidus, tandem mors. *Antidota hujus veneni habentur vomitus ex hydreleæ, theriaca, mithridatium, lac præsertim humanum. Hasta vel*

vel palo perfossus siccat in aëre; uritur in olla, & pulverem vel cinerem contra hydropem summis efferunt laudibus; urinam enim potenter movere fertur. Recentiorum consensu præpostere in medicinam vocatur.

Cancrorum Chelæ, seu Ungulæ, *Pattes des Ecrevisses de Mer, Meerfrebs = Scheeren.* Sunt denticulatæ Cancrorum marinorum forcipes. Adscribitur illis vis alexipharmaca, antifebrilis, nephritica & absorbens. Ad Pulverem requiruntur bezoardicum Anglicum.

Cancrorum oculi, Lapides, Lapilli, *Yeux d'Ecrevisses, Krebs-Augen, Krebs-Steine.* Sunt lapilli crustacei, duri, albi, orbiculati, piformis & lentium, non raro fabarum magnitudinis, una parte compressi & sinuati, acetabuli in modum, altera convexi, saporis terrei, ex Astacis fluviatilibus collecti. Observationes de lapillorum horum ortu sunt sequentes: Astaci quotannis ægrotant, accidit hoc maribus circa medium mensis Julio, fœmellis mense Julio, ante testarum exuvium; vigente hoc morbo, per dies novem & amplius, velut semiexanimes ac immoti sunt; hoc interim spatio stomacho illorum obducitur membranula nova, inter quam & stomachum veterem, ex utroque latere, colligitur liquor quidam lacteus, qui sensim in lapideam obdurescens substantiam, superficiem convexam, illa vero parte, qua ventriculum attingit obducitque, concavitatem exhibet; vetus autem seu interior ventriculus abit in mucilaginem, & Astaco nutrimentum præbet; membranula vero, in qua liquor iste lacteus collectus fuit, ventriculum novum constituit, qui in veteris locum succedit; liquor lacteus partim coagulatur & abit in substantiam lapideam, quam Lapides vel Oculos Cancrorum vocamus, partim vero in nutrimentum animalis cedit; tandem ipsi lapilli resolvuntur, & cibi loco consumuntur; nihil enim interea, quam diu hi lapilli ad stomachum hærent, Astacus edit, nec quicquam in ejus ventriculo reperitur, vivitque viginti septem circiter dies, tam ex veteri stomacho suo, sensim absumto, quam ex lapidibus postea resolutis. Oculi seu lapides cancrorum e vivis desumpti ad cœruleum vergunt colorem, e coctis vero albescunt. Tanta prostat horum lapidum quantitas, ut vix credibile videatur, omnes esse genuinos. E Polonia, Borussia, Bessarabia & Ucraina maxima pars adfertur, ubi cancrorum tanta est copia, ut sues illis saginari possint. Modus colligendi hic est: Cancri vivi contunduntur in Magma, quod aqua diluitur, sic lapides fundum petunt, qui siccati servantur. Adulterari solent vel ex cretra, vel terra alba confectis, qui tamen facile a genuinis, qui e lamellis sibi superincumbentibus vel striis compositi sunt, dignoscuntur. Affusa calida fraudem optime detegit. *Resolvunt, abstergunt, absorbent, urinam & sudorem movent. Usus est frequentissimus in pulveribus. Supra porphyritem in inpalpabilem pulverem redacti, non semper tuti, cum glutinosis enim in massas difficulter resolvable abeunt.*

Cantharides, Muscæ Hispanicæ, *Cantharides, Spanische Fliegen.* Sunt insecta alata, oblonga, pedata, vaginipennia, coloris lucentis aurei & viridis, saporis acris, picci, caustici, erodentis, odoris, cum recentia, fœtidissimi. Inveniuntur in regionibus calidioribus, Hispania, in Gallia in agro Parisiensi; occurrunt etiam in Germania, & fere tota Europa. Amant,

præ cæteris, Fraxinum, Ligustrum & Populum albam; reperiuntur tamen etiam super aliis plantis. Cantharides nostræ quidem recentes eundem edunt effectum, ac e regionibus calidioribus allatæ; virtus vero earum brevi perit. Extant diversæ magnitudinis; præferuntur vero minores, integræ recentes, non pulverulentæ. *Vim habent causticam, quæ in sale acri consistit, potenter urinam cient, venerem stimulant, & pro specifico in hydrophobia habentur. Hungari cantharides in aceto conservare, & tam hominibus, quam equis & vaccis &c. a canibus rabiosis demorsis, exhibere solent. Suspectus vero atque noxius est earum internus usus; igitur nunquam, nisi summa necessitate, exhiberi debent, incipiendo a dosi minori, grano dimidio scilicet, & si cum levamine ægroti, ad granum integrum vel duo ascendere licet. Frequentissimus est usus in vesicatoriis. Ardorem urinæ & mictum cruentum a Cantharidibus excitatum, lac, emulsiones, & oleum amygdalarum dulcium, vel seminis lini, mitigat.*

Carpionum Lapides, Pierres des Carpes, Karpfen-Stein. Sunt officula triangularia cartilagine obducta, in acetabulo, quo spina dorsi capiti conjungitur, posita. E Carpionibus sive Cyprinis colliguntur. *Pleuriticis, colicis doloribus vexatis, calculosis & epilepticis commendantur.*

Castoreum, Castorée, ou Castoréum, Bibergeil. Folliculi sunt duo, qui tam in maribus, quam in fœminis Castoris Animalis, utrinque in inguinibus statim sub cute, Ovorum gallinaceorum magnitudine, & sæpius majores, reperiuntur, qui liquorem oleosum, vivente Animali, fundunt; exsiccati vero, cum contentis, Castoreum exhibent. Castor animal est amphibium, quadrupes, & magnitudinem felis superat, pedes anteriores sunt canum instar, quibus terram fodit, posteriores anserum pedibus consimiles, quibus inter natandum potissimum utitur; caput non admodum dissimile est Muris montani, cauda non tam piscis caudam, quam piscem integrum refert; plano compressa est, & pilis in totum nudata, quatuor circiter digitos lata, cineritii coloris, multis rugis & anfractibus, gyrisque instructa, excavata quasi. Castores quidem semper ad ripas fluviorum specus suos ædificare solent, & in Germania quoque nonnunquam, frequentius in Moscovia & Polonia occurrunt, plurimi vero in Canada capiuntur. Probatur Castoreum, quod ex Russia advehitur, ponderosum, carnosum, colore fuscum, saporis acris, odoris gravis. *Calefacit, attenuat, aperit, flatu discutit, nervos roborat, venenis resistit, anodinum, uterinum est, menses promovet. Dosis grana quatuor ad decem.*

Cervi Cornu, Corne de Cerf, Hirsch-Horn. Cervus animal omnibus cognitum, & cornibus quotannis deciduis, solidis, ramosis, ab aliis ruminantibus cornigeris facile distinguitur. *Adscribuntur cornu crudo vires bezoardicæ; hinc in variolis, morbillis, aliisque morbis malignis, commendatur; Gelatina phtisicis & tabe consumptis præscribi solet. In Officinis prostat Cornu Cervi philosophice præparatum, Cornu Cerviustum & raspatum.*

Cervi Priapus, Priape de Cerf, Hirsch-Ruthe. Penis Cervi commendatur adversus venenatos morbos, pleuritidem, colicam & diarrhæam; pellit urinam & calculum, atque contra mictum cruentum ac ad venerem stimu-

stimulandam celebratur. Usus est in pulveribus & electuariis; sed nostris temporibus obsoletus.

Ceti Priapus, Priape de Baleine, Wallfisch = Ruthe. Incredibilis magnitudinis, tres & plures ulnas longus nonnunquam invenitur; substantia est carnosa, semipellucida, quasi cornea, odoris non ingrati, saporis carnulenti. *Credunt Venerem excitare; vim suam vero magis abstringendo, exserit; hinc in diarrhœa & fluxionibus sanguinis adhiberi potest. Usus est in pulveribus vel electuariis. Dosis scrupulus unus, ad drachmam semis.*

Ceti Sperma, Sperme ou Blanc de Baleine, Wallrath. Est pinguedinosa, alba, squamosa, tenera, mollis, quasi ex parvis furfuraceis squamulis composita substantia, saporis oleosi, odoris unctuosi. Veteres persuasi fuere, substantiam hanc, quam sperma Ceti vocamus, revera esse semen, sive Ceti sperma; hodie vero edocti sumus, eam potius esse pinguedinosam materiam, cerebro circumfusam, & ipsissimum pingue cerebrum Balænæ, sive *Ceti dentati*, quæ *Orca, Byoris, vel Cachelot, Physeter macrocephalus dorso impenni, fistula in cervice, Potfisch, Nord-Caper*, vocatur. Intra horum piscium crania, imo per totam carneam substantiam piscis tanta hujus materiæ quantitas invenitur, ut ex unico aliquot tonnæ repleri possint. Materia hæc, postquam ab oleosa substantia, transcolatione per saccum laneum est separata, maceratur in lixivio, ex Calce viva & cineribus facto, & manibus probe subacta per viginti quatuor horas relinquitur. Altero mane per saccum pilosum lixivium exprimitur, & separatur, quodque restitit, aqua pura abluitur, super linteum explicatur, & digitis diducitur ac exsiccatur; si non satis album deprehendatur, denuo cum lixivio subigitur, atque præscripto modo tractatur. Eligendum est Sperma Ceti probe candidum, pingue, recens, non flavum, nec rancidum. *Resolvit, demulcet, anodinum & cosmeticum est. Cum vitello ovi & melius adhuc cum Gummi Arabico subactum, commodissimè propinatur.*

Coccinilla, Cochinilla, Cochenille, Coccinell, Kuzenell. Insectum est, quod in Ficus Indicæ, *Tunæ dictæ*, surculis colligitur. Initio velut vesica quædam exigua apparet in surculis modo dictæ *Opuntia*, sive Ficus Indicæ, quæ postmodum calore solis in vermiculum Anthermitem evadit, qui processu temporis in insectum Scarabæiforme parvum, quod *Scarabæus nigricans alarum alias rubicundus limbis*, a *Meriana* in *Descriptorum Surinam*, appellatur, abit. Hæc insecta, cum jam debitam maturitatem adeptæ sunt, fumo denso ex materia aliqua combustili, ex ea parte, unde ventus in frutices, quos insecta depascuntur, spirat, sita, excitato, substratis prius sub fruticibus linteis, enecantur. Ita fumo suffocata, levi fruticum concussione, in lintea decidunt, adeoque magna copia, parvo vel nullo fere negotio, colliguntur; deinde super lintea expansa, in arenoso quodam aprico loco, solis calore exponuntur, donec corpusculis contractis, exsiccantur, quæ manibus leniter confricata, alis & pedibus decedentibus, in grana abeunt. Ex nova Hispania & Mexico advehitur. Eligatur integra, granulata, quæ albicet externe, trita vero purpurea, ponderosa sit. *Adscribuntur Coccinillæ vires cardiacæ, sudoriferæ, alexipharmacæ & antifebriles, atque in febribus malignis (nescimus, quo jure) laudatur. Diuretica est, & ob vim, quam*

cum millepedibus, & hujusmodi insectis communem habet, leniter stimulantem, commendatur. Alias vero usibus mechanicis tinctoriis plurimum inservit.

Cochlearum Opercula, Folia, Couvertles d'Escargots, Schnecken-Decklein. Sunt Cochlearum Domiportarum sive edulium opercula, quibus ante hyemem domunculas claudere solent. *Virtutibus cum lapidibus cancrorum conveniunt; abluta & in pulverem trita pro Specifico diuretico habentur, & hydropicis commendantur.*

Cochlearum testæ, Coquilles d'Escargots, Schnecken-Häuslein. Earundem Cochlearum edulium sunt domunculæ, & eadem pollent virtute. *Præferuntur, absque prævia calcinatione, in pulverem tritæ calcinatis. Dosis drachma semis.*

Cranium humanum, Crane humain, Menschen-Hirnschale. Nunquam crudum, sed præparatum in usum vocatur. Non sit hominis morbo, sed sani, & violenta morte perempti.

Ebur, Yvoir, Helsenbein. Sunt dentes e maxilla superiore Elephantum, e basi ampliori cava in cuspidem desinentes solidissimam, inflexi, diversæ magnitudinis, longitudinis & crassitiei, pro ætate ipsius belluæ, exterius coloris fusci, intus albicantis. Ex India Orientali & Africa advehitur Ebur. *Refrigerat, & moderate adstringit. In usum vocatur tam Rasura, quam Ebur præparatum.*

Equi testès, Testicules de Cheval, Pferd-Geylen. Testes sive testiculi equorum in castratione excissi, dissecti, vino loti, & exsiccati in clibano. *Commendantur, tanquam præsentissimum remedium, ad fætum mortuum & secundinas pellendas, & ad colicos dolores sedandos. Exhibentur plerumque in pulvere. Dosis scrupulus unus, ad scrupulos duos.*

Erinaceus combustus, Herison calciné, gebrannter Igel. Erinaceus quadrupes est animal, terrestre, cuniculi magnitudine, proboscide porcina, aculeis undique armatum, uti Hystrix, præterquam in ima parte. Degit hiberno tempore in cavernis, in globum se volvit, cum de fuga desperat; ita in globum convolutus, atque in aquam calidam immissus, qua delectatur, se evolvit ac dilatatur, ut pedibus apprehendi, & sic suspendio enecari possit. Enectus in olla, operculo leviter tecta, comburitur. *Cachecticis, ictericis, & hydropicis, specificè vero ad mictum involuntarium, seu incontinentiam urinæ, commendatur. Dosis scrupulus unus ad drachmam dimidiam.*

Gallinæ ventriculi tunicæ interiores, Gysieres, Hünner-Magens Häutlein. Non solum Gallinarum, sed & Gallorum & Caponum tunicæ membranosæ, ventriculos interne vestientes, lotæ & siccatae promiscue in usum vocantur. *Commendantur tam adstringendi & corroborandi ventriculum & intestina, tum & calculum & sabulum pellendi fine.*

Hippopotami, Equi Marini, Dentes, Dents d'Hippopotame, ou de Cheval marin, Wallroß, See-Pferds-Zähne. Animal Hippopotamus

mus est amphibium magnum, auriculis caret, & duobus dentibus magnis, prominentibus, recurvis, præditum est. In basi concavi sunt dentes, versus apicem solidi, albidiores, duriores & ponderosiores Ebore, nec tam facile flavescunt. *Laudantur qua antepileptici, antispasmodici, antipleuritici, & sanguinem, nec non fluxiones alvi sistentes. Dosis scrupulus unus ad drachmam semis.*

Hirci sanguis exsiccatus, *Sang de Bouc sec, Bochs-Blut.* Hirci herbis vulnerariis per tempus pasti, atque postea mactati sanguinem excipere, & in clibano siccare jubent. *Commendatur ad sanguinem concretum resolvendum, nec non calculosis & dysentericis convenire credunt.*

Hirundines combustæ, *Hirondelles calcinées, gebrannte Schwalben.* Hirundo avicula, cauda longa, forcipata, vel bifida, *Hauß-Schwalben, Gabel-Schwalben,* omnibus nota. Hirundinum pulli adulti integri, in olla operculo tecta, in pulverem vel cinerem nigrum comburuntur. *Adscribitur his cineribus vis specifica antepileptica, & in angina & tonsillarum inflammatione cum melle adhibentur.*

Hirundinum nidi, *Nids d'Hirondelles, Schwalben-Nester.* Collegendi sunt, vel, cum pulli adhuc nido insident, vel postquam adoleverint. *Non tam in nido, quam excrementis Hirundinum vis consistit resolvendi & discutiendi. Adhibentur in cataplasmatibus ad Anginam.*

Ichthyocolla, Colla piscium, *Colle de Poisson, Hausen-Blasen, Fisch-Leim.* Paratur e cute, intestinis, ventriculo, vesica, pinnis & cauda *Hufonis* piscis. Dictæ partes minutim inciduntur, sectæ vel incisæ macerantur in aqua calida, postea coquantur lento igne, ad pultis consistentiam, malaxantur, & antequam massa refrixerit, in pelliculas diducuntur, quæ deinde in spiras coactæ penitus exsiccantur. Maxima pars advehitur ex Moscovia, & optima censetur alba, ponderosa, solida, & facile ac tota dissolubilis. *Usus Ichthyocollæ est rarus in Medicina; ad inviscandos tamen tenues & acres humores commendabilis; a coquis ad gelatinas parandas adhiberi solet; frequentissimus ejus est usus ad clarificanda vina, & conglutinandas varias res.*

Lepus combustus, *Lievre calciné, gebrannter Haase.* Animal notissimum totum medicinale; non solum enim ejus viscera & plurimæ partes, sed totus in usum veniunt. Lepus junior totus, vel in frustra dissectus, in olla operculo tecta, comburitur, & in pulverem tritus asservatur. *Præstantissimum creditur osse remedium in calculo, ad scrupulum unum vel duos exhibitum.*

Leporum tali, *Talons de Lievre, Haasen-Sprünge.* Talus, sive Astragalus est primum os inter ossa Tarsi Leporis, in suffragine posteriore, superius per ginglymum tibiæ conjungitur, ex altera vero parte capitulo rotundo donatur. Officulum est satis solidum. *Commendatur ad epilepsiam, pleuritidem, colicos dolores, & ad facilitandum partum.*

Lucii piscis mandibulæ, *Machaires de Brochet, Hechts-Kieffer.*

Lucius est piscis fluviatilis, non aculeatus, unica pinna in dorso donatus, dentibus acutis præditus. In usum veniunt præcipue Mandibulæ, sive Maxillæ inferiores. *Dantur in pleuritide ceu specificum. In calculo & fluore albo pariter conferre passim creduntur.*

Lumbrici terrestres, *Vers de terre secs, getrocknete Regen-Würmer.* Lumbrici animalcula sunt apoda, longa, pennæ anserinæ plerumque crassitie, mollia, carnosa & annulata, dilute sanguinei coloris. Capiuntur per æstatem, & mundati atque vino extincti, mox in clibano calore lento exsiccantur. *Sunt virtutis anodinæ, diureticiæ, antispasmodicæ, diaphoreticæ; discutunt, resolvunt, podagricis conveniunt, & specificè in arthritide scorbutica laudantur. Dosis scrupulus unus, ad grana triginta.*

Lupi epar, *Foye de Loup, Wolfs-Leber.* Lupus bestia ferocissima, cani persimilis, diversas partes pro Medicina exhibet, præcipue vero hepar in usum vocatur, quod, vino & absinthio parum coctum & exsiccatum, in usum venit. *Hydropicis, arthriticis & atrophicis commendatur; sunt, qui ad hydrophobiam laudant.*

Manati lapis, *Auris Ceti, Pierre de Vache marine, Seefuße-Stein.* Manati nonnullis *Vacca marina* dicitur. Amphibium est magnum, bipes, auriculis carens, phytivorum. Lapis Manati est os crustaceum, album, Ebori fere simile, circa aurem bestię situm, petrosum. *Summe commendatur ad renum & vesicæ calculos, & dolores colicos sedandos; cum dentibus Hippopotami convenit & adstringit. Sunt, qui etiam vim, vomitus ciendi, adscribunt, quod tamen experientia non comprobatum est. Datur, a scrupulo semis ad scrupulum unum.*

Moschus, *Musc, Bisam.* Substantia hæc granulosa, pinguis ac unctuosa, sanguini congrumato fere similis, coloris ferruginei, saporis subacris, amaricantis, odoris fragrantissimi est. Animal Moschiferum neque e caprino, neque cervino genere esse videtur; cutis est variegata, caput lupinum, ex ore duo deorsum exporriguntur dentes, & infra umbilicum folliculo quodam instructum est, qui extus pilosus, magnitudine ovum gallinaceum adæquat, & in sua cavitate Nucistam continere valet, interiore vero superficie adhuc specialem habet pelliculam, Moschum cingentem, in qua præter vasa sanguifera, circa meatus moschiferi orificium, complures glandulas, procul dubio ad Moschi secretionem facientes, invenire licet. Reperitur autem hoc animal *Dorcas* caprea vocatum, in Tartaria, China & India, & occisis animalibus, folliculi moschiferi excinduntur. Optimus Moschus censetur, qui e ferrugineo nigricantis coloris, unctuosus, saporis grati, amaricantis, odoris fragrantis, laminæ impositus ignitæ fere totus evaporat; verum, si carbonis ad instar multum remaneat, adulteratus est. *Moschus ab Anglo quodam, nomine Cobb, commendatur contra hydrophobiam, sive rabiem caninam. Exhiberi debet ad grana 16. usque, pro una dosi, cum æquali pondere Cinnabaris, in vehiculo spirituofo. Dosis modo dicta, scopo præservativo, singulis mensibus saltim dari debet. Ubi autem symptomata rabiei se jam produnt, secundam dosin, trium horarum spatio, post priorem, exhibendam esse, James in Lexico medico scribit, additque, plerumque duas doses hujus remedii sufficere pro*

pro curatione mali. Caterum Moschus calefacit, attenuat, discutit; cardiaca, alexipharmaca & aphrodisiaca pollet virtute. Mulieres autem raro odorem perferre queunt; caute igitur in præscriptione procedendum. Plurimus usus est ad Odoramenta.

Mumiæ, *Momies ou Mumies d'Egypte*, *Mumien*. Sunt cadavera humana, Aloë, Myrrha & Asphaltum, aliisque aromaticis & balsamicis speciebus condita, & exsiccata. Raro integra cadavera, sed in partes divisa, advehuntur, & in substantia fusca, ad nigredinem inclinante, saporis amari, odoris fragrantis, venduntur. Ex Ægypto adportatur, atque, quo fragrantior & splendidior est, eo melior habetur. *Laudantur ejus virtutes traumaticæ; frequentius tamen a veterinariis expetitur, & magis in emplastris, quam interne dari solet.*

Mumia Persica nativa, *Momie ou Mumie naturelle de Perse*, *naturliche Persianische Mumie*. Mentionem hujus facimus hoc loco nominis causa; pertinet enim ad Regnum Minerale, & est bitumen valde pretiosum, in caverna quadam, sub radice montis Caucasii, e rupe exsudans, cui *miras adscribunt in consolidandis ossibus & vulneribus virtutes*. Coloris est nigri, odoris grati, & ex parte balsamici, saporis parum dulcis. Raro vel nunquam apud nos occurrit, nisi Ambram nigram pro Mumia Persica sumere velimus.

Mures marini, *Souris marines*, *See = Mäuse*. Non sunt mures, sed duplicatæ & intus cavæ, e nigro fuscæ pelliculæ, latitudine circiter unius ac dimidii pollicis, glabræ, striatæ, & quadrangulæ, instar pulvinaris; in quatuor angulis oblongos angustosque apices habent. In Seelandia & Hollandia potissimum inveniuntur, & ob figuram muris compressi, quam exhibent, ita a vulgo vocantur. Ova vero sunt *Rajæ piscis*, atque in istis, tanquam ovis membranaceis, juniores *Rajæ* nascuntur, interdum adhuc in illis reperiundæ, quæ, si per anteriorem aperturam exierunt, a mari ad littus projiciuntur. *Ad hæmorrhoides cæcas dolentes in usum vocantur, atque locus dolens his pelliculis fumigatur.*

Mustelæ piscis spinæ dorsi, sive vertebræ, *Arêtes de Murene*, *Alaruppen = Gräten*. Piscis est *Mustela* anguilliformis, fluviatilis, squamis carens. *Spina dorsi exsiccata, atque in pulverem trita, ad epilepsiam seu caducum morbum commendatur.*

Ossa de cordibus cervi, *Os de cœur de cerf*, *Hirsch = Kreuz*, *Hirsch = Herz = Bein*. Sunt ossicula fere cruciformia, ex Aortæ fibris ossificatis & induratis orta. In cervis non solum annosis, sed etiam bobus, reperiuntur. Eligenda sunt candida, non nimis magna & alba; alias bovina se magis esse produnt. *Habentur cordialia, antepileptica, & alexipharmaca.*

Ossa Sepiæ, *Os de Seiche*, *Fisch = Bein*, *Black = oder Ruttelfisch = Bein*. Candida, testacea, & levis est substantia, supina parte duriuscula, corticosa, lævis & glabra, inferna fungosa, mollis, leviter aspera, & friabilis,

bilis, nata in dorso Sepiæ piscis. Capitur piscis in Oceano, Mediterraneo mari, aliisque locis littoralibus, & in escam cedit. Ossa eligantur alba, levia, integra, mediocriter magna & crassa; friabilis, fungosa vero ejus substantia interior saltem vocatur in usum. *Exsiccant, abstergunt, urinam movent, in gonorrhœa conferunt, & Septicum lenissimum præbent. Ad dentifricia quoque expetuntur.*

Ovorum testæ, *Coques des Oeufs, Eyer-Schaalen.* Quamvis testæ omnium ovorum viribus sint eadem, tamen in usum medicum vocantur potissimum gallinaceorum testæ, & cum in genere testæ ovorum præscribuntur, hæc intelliguntur. Lotæ & a pellicula interiore mundatæ, in pulverem teruntur. *Cum oculis cancrorum conveniunt, & eadem dosi exhibentur. Testæ ovorum, e quibus per incubatum pulli exclusi fuerunt, præstantiores ad nephritidem & calculum pellendum creduntur; præferendæ etiam siccata, trita, calcinata.*

Pavonis stercus, *Crotte de Paon, Pfauen-Roth.* Sunt excrementa alvina Pavonis utriusque sexus, avis, ob pulchritudinem notissimæ. *Commendatur epilepticis & vertiginosis. Usus est in pulvere ad drachmam integram, vel in infuso ad unciam dimidiam; adduntur etiam enematis pro epilepticis. Sed relegamus pulcherrimæ avis stercus, cum tota familia, ad medicinam stercoreariam.*

Percarum lapides, *Pierres de Perche, Kaulpersich-Bersing-Steine.* Officula, ovalis figuræ, quodammodo in uno latere crenata, lapideæ durtiei, coloris albicantis, in capitibus Percarum, juxta spinæ dorsi exortum reperiuntur, bina, quæ sicut in Carpionibus, Carpionum, ita hæc in Percis, Percarum lapides vocantur. Perca piscis est satis cognitus fluviatilis, pinnis dorsalibus spinosus, ichthyophagus. *Lapilli hi cum Carpionum lapidibus conveniunt viribus; magis tamen diuretici creduntur.*

Porcinus lapis, *Hystricinus Malacensis, Bezoar porci, Pedra de porco, Pierre de Malacco, Bezoard de Porcépi des Indes, Bezoar vom Stachelschwein.* Coagulum est biliosum, rotundum, compactum, ut plurimum nudis Myristicæ vel Juglandis magnitudine, leve, coloris rufi, substantiæ quodammodo unguinosæ, saporis amarescentis. Reperitur in vesicula fellea Hystricum, terræ Malaicæ, unde *Lapis Malacensis* vocatur. Plerumque sphaeris vel circulis aureis armatur, adnexa ex eodem metallo catenula, cujus adminiculo commodius tractari queat. Usus ejus est, ut suspendatur per horas aliquot, vel unâ alteraque vice agitetur in haustu aquæ communis, quam, vix grani pondere imminutus, amarore imbuit. *Concretum hoc, ob raritatem & eximias virtutes, valde pretiosum; habetur cordiale & alexipharmacum, tum in ictero, febribus putridis, malignisque, & in quibuscunque viscerum obstructionibus medicamentum efficacissimum. Sed saniores inter recentes medicos pretiosissimo huic lapidi anteponunt adhuc bovis vel alias cujuscunque animalis bilem inspissatam.*

Advehitur etiam ejusmodi coagulum biliosum ex insula Ceylana, quod a *Kæmpfero, Pedra de Porco spuria* vocatur; Malacensi quodammodo simile, sed nigrius, informe & pilis permixtum est. Coagulum hoc non in vesicula

ficulat biliari, sed in ventriculis Hystricum invenitur, proditque bestia crebro tructu ac vomitione latitantem lapidem. *Eadem de illo prædicantur vires, debiliores tamen, licet majori propinetur dosi.*

Reguli usti, Roitelets brulées, gebrannte Zaun = Könige, Zaunschlupfferlein. *Regulus seu Passer Troglotydes in olla combustus. Valdo perit ad nephritidem, & calculum pellendum & præservandum commendatur.*

Rhinocerotis Cornu, Corne de Rhinoceros, Rhinoceros = oder Nashorn = Horn. *Rhinoceros bellua, Elephantis magnitudine, cruribus tamen brevioribus. Cornu foris nigrum, intus album, fissile, ulnam circiter longum, firmum, grave & solidum, incurvatum, in basi crassum, in superiori vero parte acutum, e proboscide vel naso hujus animalis exsurgit. Pro vero habetur unicornu veterum, & ad venena, contagiosos morbos, & epilepticos motus commendatur.*

Sericum crudum tostum, Soye brulée, gebrannte Seyden = Bälglein. *Folliculi sericei, sive textura Bombycum aperiuntur, & si forsan Aurelia vel Bombyx mortua in illis latet, separatur, folliculi vero in olla comburuntur. Usus est rarus; ad Species Temperatas tamen Cordiales requiritur, & antepilepticum habetur. Olim ex his folliculis, Spiritus destillari solebat, cui virtutes cordiales, alexipharmacas & antepilepticas adscribebant.*

Serpentum exuviæ, Depouilles de Serpent, Schlangen = Häutlein, Bälge. *Cutis animalis est sponte deposita, quæ colorem nativum cum figura retinuit. Serpens distinguitur a Vipera, quod sit ovipara, atque ova sua in finetum, aliumve locum calidum deponat, ubi calore fota excluduntur. Exuviæ partum facilitare, ventri vel lumbis alligatæ; hydropicis in forma pulveris conferre, & ad vulnera conglutinanda valere perhibentur.*

Stinci marini, Scinci, Zinci marini, Scinc marin, Meer = Stinz. *Animalcula sunt quadrupedia, ovipara, Lacertis similia, nisi, quod dorsum habeant latius, magis glabrum, cuti squamosa albicante tecta, cœsia a capite ad caudam decurrente linea. In Nilo fluvio, & Mari rubro degunt; vescuntur herbis odoriferis, & Polio vel Absinthio condita adportantur. Diuretici sunt Scinci; creduntur etiam aphrodisiaca & bezoardica virtute polere. Theriacam, Mithridatium & Diasatyrium ingrediuntur.*

Struthionis ova, Struthio - Cameli ova, Oefs d' Autruche, Strausen = Eyer. *Struthio avis in Africa haud infrequens, maxima, ob corporis molem, & alarum parvitatem ad volatum inepta, Ova ponit infantis caput magnitudine æquantia, imo superantia, testa est crassitie calami straminei, foris pallide flavescens, intus alba. In Africa, circa promontorium Bonæ Spei copiose sunt obvia, indeque adferuntur. Adscribitur testis horum Ovarum peculiaris vis diuretica & calculum pellendi.*

Talpæ combustæ, Taupes brulées, gebrannte Maulwürfe. *Talpa animal subterraneum, notum, quadrupes, pilis mollissimis, e cinereo nigricantibus, rostro suillo, oculis minimis, cruribus brevissimis. Capitur, atque*

integra in olla comburitur. *Intrinsicus laudatur ad arthritidem vagam; externe opponitur lepris, strumis, ulceribus & fistulis.*

Tauri Priapus, Priape de Taureau, Ochsen-Senne, Ochsen-Nuthe.
Cum Priapo cervi convenit; præcipue in diarrhæa & dysenteria laudatur.

Viperarum spinæ, Epine des viperes, Vipern- oder Mattern-Rückgrat. Differt Vipera a cæteris serpentibus non modo, quod segnius serpat, neque in altum exsiliat, sed præcipue, quod illius foetus in utero materno omnimodam perfectionem consequantur, & vivi prodeant. Mares & foeminae, cum adultæ sunt, medio sui corporis pollicem crassitie adæquant; in foeminis vero, cum foetus maturos gerunt, crassior est truncus, longitudinem utplurimum bipedalem attingunt, plus minus; collum in maribus plerumque crassius est, quam in foeminis; cauda in maribus semper longior & crassior continet membra generationi dicata, & longitudinem digitorum quatuor transversorum, in foeminis trium tantummodo habet. Viperæ pellis semper est variegata, fundi tamen color variat, modo enim candicat, modo subrubescit, alias est cineracei coloris, alias flavi, alias ferruginei; fundum hunc distinguunt perpetuo maculæ nigræ; pellem totam obtegunt squamæ, quas cum cute bis in anno exuere solent. Viperæ nunquam terram effodiunt, latebras quæsituræ, sed utplurimum inter lapides & ruinas ædificiorum reperiuntur, sereno tempore Rubos quærunt & densas herbas; morsu tantum sunt venenosæ, venenum in duabus vesiculis, circa dentes posteriores delitescens, ira percitæ, in hostem vibrantes, intus sumtæ totæ medicinales. Non solum in Italia & aliis regionibus calidioribus reperiuntur, sed etiam in Germaniæ quibusdam locis occurrunt; præferuntur vero ex Italia allatæ. *Adscribitur vis alexipharmaca, diuretica & restaurativa. Laudantur ad sanguinem purificandum in lue venerea, lepra, scabie ferina, & ulceribus malignis. In usum veniunt, cute, capite & cauda exutæ, vel recentes in jusculis medicis, vel exsiccatae & in pulverem tritæ. Dosis a scrupulo dimidio, ad drachmam semis. Theriacam ingrediuntur, & Bezoardicum animale constituunt.*

Umbilici marini, inter Marina occurrunt.

Unicornu marinum, verum Monoceros, Licorne veritable, Cinhorn. E Cetaceo animali, quod in Mari boreali, circa Groenlandiæ & Islandiæ littora, degit, & *Narhval* vocatur, depromitur. Alii putant esse dentem, alii, quia non habetur animal unico dente præditum, cornu vocant. Est candidum, teres, striatum & tornatile, aliquot ulnas, plus minus, longum, durum, grave, in basi excavatum, vel secundum longitudinem, ad apicem fere usque, perforatum, odoris & saporis nullius. *Cum aliis dentibus & cornibus convenit. Veteres adscripsere ei virtutem alexipharmacam, & contra omnia venena valentem: potius vero virtus ejus demulcens, antacida, antispasmodica, & diaphoretica reputatur. Dosis a scrupulo uno ad drachmam dimidiam.*

Unicornu fossile, Ebur fossile, Unicorne mineral, gegraben Cinhorn. Sunt dentes vel cornua, vel alia ossa animalium in lapideam quasi substantiam, longo temporis successu, mutata, vel quasi calcinata. Reperiuntur, quæ sicut ossa calcinata friabilia, & alia, quæ Margæ speciem referunt; alia
autem

autem cum sic dictis philosophice calcinatis conveniunt, atque artificio parari possunt, si cornu Cervi vel Eboris frustum magnæ quantitati Calcis vivæ immergatur, & Calx, aqua affusa, extingatur, sic brevi tempore calcinabitur, & speciem sic dicti Unicornu fossilis exhibebit. Invenitur hoc fossile in multis Germaniæ locis, etiam in Ducatu Wirtenbergico, prope Cantstadium maxime. Elephantini dentes, incredibilis magnitudinis, reperti, in Cimeliarchio prostant Stutgardiensis, quos animalis esse prosapiæ, ignis probavit aperte. *Absorbet, adstringit, & sudorem movet.*

Vulpis pulmones, *Poumons des Renards, getrocknete Fuchs-Lungen.* Pulmones recentes vino abluuntur & siccantur. *Ad vitia pulmonum commendantur, & pro Loch de vulpis pulmone requiruntur.*

Zibethum, *Civette, Zibeth.* Pinguis & unctuosa est substantia, a natura secreta, & collecta in folliculo glanduloso, in mare inter penem & testes, in foemina inter vulvam & anum sito, *Cati Zibethici, sive Hyæna odorifera, seu Viverræ* Zoologorum. Animal lupum potius æmulatur, quam felem; corpus habet albicans & cinereum, lupi colore, maculis aspersum nigris, crura & pedes parvos, pedis digitos quatuor & hallucem simul, a reliquis digitis parum distinctum; ungues sunt canini, nigri, breves, crassi & obtusi, minime adunci. Reperitur in pluribus Indiæ Occidentalis & Orientalis regionibus. Delectari videntur cicurata animalia, dum folliculi auriscalpio exinaniuntur. Optimum censetur, quod subpallidum habet colorem, pingue, moderate liquidum, tractu temporis crassescens, papyro impositum & affricatum solubile, sine crassamento, quo ipso distinguitur ab adulterino, odoris fragrantis, saporis amaricantis. *Calidum atque anodinum est. Usus ad odora-menta, & in dolore colico umbilico inungitur.*

Regno animali etiam adscribenda sunt Seva, Axungia & Ceræ. Sunt vero usitata:

Sevum Bovinum, *Suif de Bœuf, Rinder=Inschlitt.*

Cervinum, *Suif de Cerf, Hirschen=Inschlitt.*

Hircinum, *Suif de Bouc, Bocks=Inschlitt.*

Sevum, Sebum est adeps liquatus, & a membranis separatus, consistentia duriuscula. Distinguitur vero adeps a pinguedine, quod adeps sit crassior, durior, calore difficilius solvatur, & promte coëat, ac præsertim in brutis bifulcis inveniatur, bobus scilicet, hircis, cervis, ovibusque. Seva omnia virtute ut plurimum conveniunt emolliente & leniente. Usus plurimus est in emplastris.

Axungia usitatiores in nostris Officinis sunt:

Axungia Anatis, - - *Axonge de Canard, Enten=Schmalz.*

Anguillæ, - - - *d' Anguille, Axl = Aal = Schmalz.*

Anseris, - - - *d' Oye, Gans=Schmalz.*

Ardeæ, - - - *de Heron, Reiher=Schmalz.*

Axungia	Aschii, Aschiæ,	f. Thymalli piscis, Axonge de Thymallus, de Barbote, d'Ombre, Aschen-Schmalz.
	Canis, -	Axonge de Chien, Hunds-Schmalz.
	Caponis, - -	de Chapon, Capaunen-Schmalz.
	Castorei, - -	de Castoreum, Biber-gail-Schmalz.
	Castoris, - -	de Castor, Biber-Schmalz.
	Cati silvestris, -	de Chat sauvage, wild Katzen-Schmalz.
	Ciconiæ, - -	de Cicogne, Storchen-Schmalz.
	Coturnicis, -	de Caille, Wachtel-Schmalz.
	Cuniculi, - -	de Lapin, Caninchen-Schmalz.
	Equi e collo,	
	f. juba, - -	de Col de Cheval, Kammfett = Pferde-Schmalz.
	Gallinæ, - -	de Poule, Hünner-Schmalz.
	Hominis, - -	Humaine, Menschen-Schmalz.
	Leporis, - -	de Lievre, Haasen-Schmalz.
	Lucii, piscis, -	de Brochet, Hecht-Schmalz.
	Lupi, - - -	de Loup, Wolfs-Schmalz.
	Muris Alpini,	
	Montani, -	de Marmotte, de Liron, de Loir, Murmelthiers-Schmalz.
	Porci, - - -	du panne de Porc, Sain doux, Schweinen-Schmalz.
	Serpentum, -	de Couleuvre, Schlangen-Schmalz.
	Taxi, - - -	de Blaireau, ou de Taïsson, Dachsen-Schmalz.
	Viperarum, -	des Viperes, Bippern-Schmalz.
	Ursi, - - -	d'Ours, Bären-Schmalz.
	Vulpis, - -	de Renard, Fuchs-Schmalz.

Axungia sunt pinguedines animalium eliquatae, & a partibus membranaeis cellularum, in quibus reconditæ fuerunt, separatae; suntque partim consistentiæ liquidæ. instar olei, partim vero crassescunt; quo liquidiores vero, eo penetrantiores etiam sunt. Omnes axungia vim habent emolliendi, digerendi, & leniendi; præsertim vero:

Axungia Anatis,
Anseris,

Axungia.

Axungia Canis,
 Caponis,
 Castoris,
 Equi,
 Gallinæ,
 Hominis,
 Porci.

Attenuandi & resolvendi vis adscribitur sequentibus:

Axungiæ Ardeæ,
 Cati silvestris,
 Ciconiæ,
 Coturnicis,
 Cuniculi,
 Leporis,
 Lupi,
 Muris Alpini,
 Serpentum,
 Taxi,
 Viperarum,
 Ursi,
 Vulpis,

Vim autem calefaciendi, detergendi & septicam habent:

Axungia Anguillæ,
 Aschiæ, five Thymalli,
 Lucii Piscis.

Eligantur seva & pinguedines, & imprimis axungiæ liquatæ recentes, non vetustate & rancore corruptæ, & quæ fœtore nares feriunt; præcipue vero, ubi in linimentis adhibentur, quæ lenire & demulcere debent; rancidæ enim omnes calorem concitant, & affluxum augent. *Axungia Canis* etiam haud raro interne, ad leniendos spasmos, & acrimoniam humorum temperandam sumitur, quo in casu vero ex animali recens mactato, & non per vetustatem rancida esse debet.

Axungia Castorei pretio reliquas axungias multum superat; hinc tanta copia, ut membra ea inungi possint, vix præscribitur, etiamsi antispasmodicum & nervinum sit egregium. *In affectibus vero hysterisis, balsamis ad odoratum, & ungentis abdomini illinendis admiscetur.*

Cera alba, *Cire blanche*, *weisses Wachs*. E flava, frequenti adspersione aquæ, & insolatione paratur.

Cera flava, *Cire jaune*, *gelbes Wachs*. Est substantia pinguis oleosa, condensata, flavescens, e favis apum, ignis calore liquata & expressa, saporis lenti, oleosi, odoris grati. Per se neque aqua neque Spiritu vini solvitur, sed cum tenuissimo Gummi Arabici pulvere exacte mixta, saponacea fit & aquæ patet.

Propolis, *Propolis*, *Stopf-Wachs*. Est crassa illa cerosa materia, qua apes favos agglutinant, rimas & latera alveorum obducunt, atque domicilium non solum firmant, sed & externi aëris accessum impediunt.

Cera & Propolis digerunt, maturant, emolliunt & dolores mitigant. Usus plurimus est in emplastris; a nonnullis cum pomo Cydonio tosto, interne sumta, ad dysenteriam commendatur.

APPENDIX.

Caa-apia. Planta est pusilla & depressa. Ex radice enim pennam anserinam crassa, verrucosa, filamentis ad latera & inferius prædita, exterius e griseo flavescente, interius alba, tres vel quatuor pullulant pediculi teretes, quorum quilibet unicum folium sustinet, obrotundum, vel oblongum, tenerrimum, superius splendidum, viride, inferius paulum albicans. Florem producit in proprio petiolo radiatum, floris bellidis æmulum. Radix gustu est acris, & fere ejusdem virtutis, quæ Ipecacuannæ: mitior tamen agit, & majori dosi, cum vomitus excitare debet, exhibenda. Quandoquidem ejusdem virtutis cum Ipecacuanna celebratur; caractere tamen botanico, longe ab illa, secundum descriptionem, quam Piso dedit, differt. Ipecacuanna enim est planta baccifera, secundum illustrem Linnæum. Hort. Clifort. & a Rajo Herba Paris Brasiliæ polycoccus vocatur. Patriam etiam agnoscit Brasiliam. Indigenæ plantam contundunt integram, & succum expressum hauriunt, nec non vulneribus a colubris vel sagittis venenatis inflictis instillant. Ex quibus virtus hujus radice alexipharmaca facile cognoscitur.

Cajeput Oleum ex India Orientali advehitur, & pro oleo, ex specie quadam Cardamomi destillato, habetur. *Usus ejus est tam internus, quam externus. Laudatur specificè ad colicam flatulentam, menses suppressa & fætum mortuum pellendum. Ad dentium dolores, sugillationes & suffusiones discutien- das vix simile haberi dicunt remedium. Dosis guttæ tres, quinque vel sex, saccharo albo instillatæ, cum infuso theæ.*





I.

INDEX LATINUS.

Abelmosch	81	Amygdalæ amaræ	96
Acaciæ Ægyptiacæ succus	133	dulces	96
Germanicæ fructus	95	Anacardium	96
muscus	139	Anatron	12
succus	133	Animi & Animæ Gummi	120
Acmella Zeylanica	48	Anifum stellatum. vid. Semen	83
Ægagropilæ	140	vulgare. vid. Semen	83
Ærugo, f. Æs viride	15	Anthora. vid. Radix	20
Ætites	5	Antimonium crudum	10
Agallochum, Lignum	115	Minera	10
Agaricus albus	138	Anthophylli	105
mineralis	1	Apalachine	50
Alabastrum	6	Apri dentes	141
Album græcum	140	Argentum foliatum	10
Alcis cornu	140	vivum	10
ungulæ	140	Arsenicum album	10
Alkekengi	95	citrinum, f. flavum	11
Aloë caballina	133	rubrum	11
hepatica	133	Asa dulcis	121
Succotrina	133	foetida	121
Alumen crudum vulgare, album,		Asbestus	6
glaciale	3	Aselli, five millepedes	141
plumiosum	6	Asphaltum	16
Romanum, rupeum, ru-		Auricula Judæ	139
brum	3	Auripigmentum	11
sciffile	6	Aurum foliatum	11
Ambarum	16	Axungia Anatis	153
Ambra grisea	16	Anguillæ	153
liquida	130	Anseris	153
nigra, v. Mumia	149	Ardæ	153
Amethystus	9	Aschii, f. Aschiæ, piscis	154
Amiantus	6	Canis	154
Amomum. vid. Semen	82	Caponis	154
Ammoniacum. vid. Gummi	120	Castorei	154
<i>Gesneri mat. med.</i>			
		R r	Axun-

I. INDEX LATINUS.

Axungia	Castoris	154	Been	96
	Cati filvestris	154	Belemnites	8
	Ciconiæ	154	Belliculus marinus	18
	Coturnicis	154	Benzoë	121
	Cuniculi	154	Berberes exficcatæ	96
	Equi, e collo, f. juba	154	Bezetta cœrulea. vid. Tornâ folis	15
	Gallinæ	154	rubra. vid. ibid.	15
	Hominis	154	Bezoar Coromandel	142
	Leporis	154	Occidentalis	141
	Lucii, piscis	154	Orientalis	141
	Lupi	154	porci	150
	Muris Alpini, montani	154	Bismuthum. vid. Marcasitâ	13
	Porci	154	Bitumen Judaicum	16
	Serpentum	154	Blatta Byzantina	18
	Taxi	154	Boletus cervinus	138
	Viperarum	154	Bolus albâ	1
	Urſi	154	Armëna, Armeniacâ	1
	Vulpis	154	rubra vulgaris	1
Baccæ	Alkekengi	95	Borax Veneta	3
	Berberum	96	Botrytis	15
	Ebûli	99	Bovis fel inspissatum	142
	Halicacabi	95	priapus	152
	Hederæ arboreæ	100	Bovista chirurgorum	138
	Juniperi	101	Bufones combusti	142
	Lauri	101	exficcati	142
	Myrti	102	Buſonites f. Buſonius lapis	6
	Myrtillorum	102		
	Paridis	102	Caa - apia	156
	Sambuci	103	Cacao fructus	96
	Sorbi torminalis	103	Cadmia nativâ f. Cobaltum	11. 15
	Spinæ cervinæ	103	fossilis. vid. Lap. Calamin.	6
Bainillæ		104	Caffee	98
Balaustiâ. vid. Flores		75	Cajeput, Oleum	156
Balsamum Ægyptiacum		131	Calamus aromaticus. vid. Radix	19
Canadense		130	Calx	6
Copaivæ		130	Camphora	122
Indicum album		130	Cancamum	120. 122
nigrum		131	Cancrorum Chelæ	143
ficcum		131	Lapides f. Oculi	143
de Mechâ		131	Canella albâ	107. 115
Orientale verum		131	Cubana	106
Peruvianum album		130	Zeylanica	106
nigrum		131	Cantharides	143
Rackasirâ		132	Canthum, saccharum	137
Tolutanum		132	Capita Papaveris	97
Banigliæ		104	Carabè	17
Batrachites		6	Caranna	122
Bdellium		121	Carbunculus	9
				Carda-

I. INDEX LATINUS.

Cardamomum maximum	108	Cochinilla	145
minus	105	Cochlearum opercula	146
Caricæ	97	testæ	146
Carneolus	9	Coffée	98
Caroba	103	Colla piscium	147
Carpionum lapides	144	Colocynthis	98
Carpobalsamum	97	Colophonia	123
Carthamus. vid. Flores	76	Copal	123
Caryophylli aromatici	106	Corallium album	16
rotundi	82	nigrum	17
Cassia caryophyllata	106	rubrum	16
fistula	97	Corallina	16
lignea	106	Corna exsiccata	99
Cassio - berry - busch	50	Cornu Alcis	140
Cassumuniar. vid. Radix	25	Cervi	144
Castaneæ equinæ	100	Rhinocerotis	150
aquaticæ palustres	104	Cortex Acaciæ germanicæ radicem	110
Castoreum	144	Antifebrilis	111
Catechu, f. Terra Japonica	138	Antiquarius	111
Centipedes	141	Aurantiorum	110
Cera alba	156	Capparis. vid. Radix	24
flava	156	Cascarillæ	110
Cerasa acida, exsiccata	98	Castaneæ equinæ	113
Ceraforum nuclei	98	Chinæ Chinæ	111
Ceratia	103	Citri	111
Ceraunius	8	Coccognidii	112
Cerussa alba Noricæ	11	Culilavan, Culilavvan	112
Veneta	11	Ebuli. vid. Radix	29
citrina	11	Efulæ. vid. Radix	30
Cervi Cornu	144	Febrifugus	111
Priapus	144	Frangulæ	112
Ceti Priapus	145	Fraxini	112
Sperma	145	Granatorum	113
Chalybs limatus	12	Guajaci	113
Chelæ Cancrorum	143	Hippocastani	113
Chermes Grana. vid. Grana	100	Jujabæ	113
China de China	111	Kinkinæ	111
Chryfocolla f. viride montanum	2	Ligni Sancti, f. Guajaci	113
f. Borax	3	Sassafras	114
Chrysolithus, f. Chryfopasius	9	Mali Punicæ	113
Cineres clavellati	3	Mandragoræ, v. Radix	35
Cinnabaris nativa	12	Mezerei	112
Cinnamomum	106	Mori radice	113
Cipo de Camêras. vid. Radix	26	Peruvianus	111
Cobaltum f. Cadmia nativa	11	Quercus	113
Cocchinilla	145	Sambuci	113
Coccognidium	86	Sassafras	114
Cocculi Indi, Orient. f. de Levante	98	Simarubæ	114

I. INDEX LATINUS.

Cortex Tamarisci	114	Flores Balauftiorum	75
Thuris	114	Basilici	76
Winteranus	115	Bellidis minoris, filvestris	76
Costus amarus. vid. Radix	27	rubræ f. hortensis	76
corticofus	107	Betonicæ	76
dulcis. vid. Radix	27	Borraginis	76
Cranium humanum	146	Buglossi angustifolii	76
Crepitus Lupi, f. Bovista	138	latifolii veri	76
Creta alba	1	Calcatrippæ	76
Crocus	107	Calendulæ	76
Cryftallus montana	7	Calthæ fativæ	76
Cubebæ	107	Carthami	76
Cupressi Nuces	99	Centaurii minoris	76
Cydonia exficcata	99	Chamomillæ Romanæ	76
Cynosbati fructus	99	vulgaris	77
Cyperus longus, rotundus. vid.		Cheiri f. Keyri	77
Radix	28	Cichorii	77
D actyli	99	Cnici fativi	76
Dactylus Idæus	8	Consolidæ regalis	76
Dentes apri	141	Convallariæ scapo nudo	78
Hippopotami	146	Cyani cœrulei	77
Dentalia	18	Delphinii	76
E buli Baccæ	88	Farfaræ	77
Ebur	146	Ferri	12
fossile. vid. Unicornu	152	Galeopsidis	81
Electrum	17	Genistæ	77
Elemi	123	Granatorum	75
Entalia	18	Hepaticæ nobilis	77
Equi testes	146	Humuli	78
marini dentes	146	Hyperici	77
Erinaceus combustus	146	Keyri f. Cheiri	77
Euphorbium	124	Lavendulæ	78
Exuviæ serpentum	151	latifoliæ	80
F aba S. Ignatii	99	Levcoji lutei	77
marina	18	Liliorum alborum	78
Fel Tauri inspissatum	142	convallium	78
Vitri	12	Linariæ	78
Ficus passæ	97	Lupuli salictarii	78
Flores Acaciæ	75	Mali Perficæ	79
Anethi	75	Malvæ arboreæ	78
Anthos	75	Meliloti	78
Aquilegiæ	75	Naphæ	75
Arnicae	75	Nymphææ albæ	78
Aurantiorum	75	Origani	78
		Papaveris erratici	78
		Paralyseos	79
		Perforatæ	77
		Perficorum	79
			Flores

I. INDEX LATINUS.

Flores	Pœoniæ	79	Glandes quercinæ	100
	Primulæ veris	79	Gleffum	17
	Pfevdonardi	80	Glycyrrhizæ fuccus	134
	Rorismarini	75	Grana Actes	103
	Rosarum albarum	79	Kermes	100
	pallidarum	79	Paradifi	108
	rubrar. finarum	79	Tilli, f. Tigliæ	100
	vulgarium	79	Granatus	9
	Salviæ hortensis	79	Granatorum poma	113
	Sambuci	79	Gummi Ammoniacum	120
	Saxifragiæ	79	Animæ	120
	Scabiosæ	80	Arabicum	120
	Spicæ Celticæ	80	Asæ dulcis	121
	hortensis	80	foetidæ	121
	Indicæ	80	Asphaltum	16
	Stœchadis Arabicæ purpur.	80	Bdellium	121
	citrinæ	80	Benzoë	121
	Tanaceti	80	Camphora	122
	Tiliæ	80	Cancamum	120. 122
	Tunicæ	80	Caranna	122
	Tuffilaginis	77	Ceraforum	123
	Verbasci	80	Colophonia	123
	Violarum, purpur. odorat.	81	Copal	123
	Urticæ mortuæ	81	Elemi	123
Folia f. opercula cochlearum		146	Euphorbium	124
Indi		57	Galbanum	124
Lauri		60	Galda	124
Lauro-cerasi		61	Guajacum	124
Quercus		67	Gutta	124
Rubi vulgaris		68	Hederæ	125
Salicis		68	Juniperi, v. Sandaracha	128
Sennæ		70	Kikekunemalo	125
Vitis		74	Laccæ	125
Folliculi Sennæ		71	Ladanum	126
Fungus Bedeguar		139	Look	126
cervinus, f. Boletus		138	Mastiche	126
Chirurgorum, f. Bovista		138	Myrrha	126
Cynosbati		139	Olampi	127
Salicis		139	Olibanum	127
Sambuci		139	Opopanax, f. Panacis	127
			Sagapenum	128
G alanga major		107	Sandaracha Arabum	128
minor		108	Sanguis Draconis	128
Gallæ		100	Sarcocolla	128
Gallinæ ventriculi tunicæ interior.		146	Senegal, Senica	120. 129
Glacies Mariæ Moscovitic.		6	Gummi Serapinum	128
vulgaris		7	Styrax calamita	129
			liquida	132

Gesneri mat. med.

S s

Gum-

I. INDEX LATINUS.

Gummi Tacamahaca	129	Herba Borriginis	52
Tragacantha	129	Botryos	52
H æmatites	7	Brancæ urfinæ Germ. & Ital.	52
Halcyonium rotundum	17	lupinæ	53
Halicacabi baccæ	95	Brunellæ	67
Hederæ Baccæ	100	Bugloffæ	53
Hebar Lupi	148	Burfæ pastoris	53
Herba Abrotani maris	47	Calaminthæ mont. & vulg.	53
foeminæ	56	Capilli Veneris	49
Abfinthii Pontici	48	Cardiacæ	53
vulgaris	48	Cardui benedicti	53
Acetofæ	48	Marixæ	53
Acetofellæ	48	Cassinæ, v. Herb. Apalach.	50
Acmellæ	48	Centaurii minoris	53
Aconiti	48	Centumnodiæ	54
Adianti albi	49	Cerefolii	54
aurei	49	Ceterach	54
nigri	49	Chærefolii	54
Agrimoniæ	49	Chamædryos	54
Alcææ	49	Chamæpityos	54
Alchimillæ	49	Chelidonii majoris	54
Alliariæ	49	Cichorii hortensis	54
Alfines mediæ	49	Cicutæ majoris	55
Althææ	50	Cochleariæ	55
Anagallidis	50	Consolidæ majoris	55
aquaticæ	51	mediæ f. Bugulæ	55
Anethi hortensis	50	minoris	67
Anferinæ	50	Saracenicæ	55
Antirrhini	50	Conyzæ cœruleæ	55
Argentiniæ f. Argentariæ	50	pulicariæ	55
Apalachines	50	Crassulæ majoris	56
Aristolochiæ	50	Cupressi	56
Arnicæ	51	Cuscutæ majoris	56
Artemisiæ	51	Daturæ	72
tenuifoliæ	62	Dentis leonis	72
Asari	51	Distamni Cretici	56
Asplenii	54	Digitalis	56. 58
Auriculæ muris	65	Doronici	51
Ballotæ	62	Ebuli	56
Bardanæ	60	Endiviæ	56
Basilici	51	Epaticæ, v. Herb. Hepaticæ	59
Beccabungæ	51	Epithymi	56
Belladonnæ	51	Equifeti	57
Bellidis	51	Ericæ	57
Betæ	52	Erysimi	57
Betonicæ	52	Eupatorii cannabini Avicenn.	57
Bismalvæ	50	veterum	49
boni Henrici	52	foliis digitatis	57
		Euphrasiæ	57
		Herba	

1. INDEX LATINUS.

Herba Farfaræ	57	Herba Malvæ	62
Fœniculi	57	Mari veri Syriaci	62
f. Folia Indi	57	Marrubii albi & nigri	62
Fragariæ	58	Cardiaca dicti	53
Fumariæ	58	Matricariæ	62
Galegæ	58	Matrifilvæ	62
Gallii	58	Meliloti	63
Gallitrichi	58	cœruleæ	63
Geranii Robertiani	58	Meliffæ	63
Gnaphalii montani	58	Turcicæ	63
Gratiolæ Limnesii	58	Meliffophylli	63
Hederæ arboreæ	59	Menthæ	63
terrestris	59	cattariæ	64
Hepaticæ fontanæ	59	Mercurialis	63
nobilis	59	Millefolii	63
stellatæ	62	Millegranæ	59
Herniariæ	59	Morfus diaboli	64
Hispidulæ	58	gallinæ	49
Hormini	58	Myrti Italici	64
Hyoscyami	59	Napelli	48
Hyperici	60	Nardi silvestris	51
Hyssopi	60	Nasturtii aquatici	64
Jaceæ	60	Nepetæ	64
Indi	57	Nicotianæ majoris	64
Ivæ Artheticæ	54	Nummulariæ	64
Junci odorati	69	Ocymi	51
Juniperi	60	vulgatioris	51
Jusquiami	59	Ophioglossi	65
Lamii	60	Ophthalmica	57
floræ albo	74	Origani Cretici	65
Lapathi unctuosii	52	aquatici	57
Lappæ majoris	60	vulgaris, silvestris	65
Lappulæ hepaticæ	49	Oxalidis	48
Lavendulæ angustifoliæ	60	Paraguay	50
latifoliæ	60	Parietariæ majoris, vulgaris	65
f. Folia Lauri	60	Parthenii	62
Lauro-Cerasi	61	Pedis leonis	49
Leontopodii	49	Pentaphylli lutei	65
Lichenis terrestris cinerei	61	Perfoliatæ	65
arboræ	67	Perforatæ	60
Ligustri vulgaris Germanici	61	caule rotundo	60
Linariæ	61	Perfonatæ	60
Lini cataractici	61	Petrofelini	65
Lunariæ racemosæ	61	Pilosellæ f. Gnaphalii mon-	
Lupuli salictarii	61	tani	65
Lysimachii luteæ	61	majoris f. auriculæ	
purpureæ	62	muris	65
Majoranæ	62	Pimpinellæ sanguiforbæ	66
Malabathri	57	faxifragæ	66

I. INDEX LATINUS.

Jalappa	33	Lapis Lazuli	7
Ichthyocolla	147	Lyncis	8
Ikan	34	Magnes	8
Indigo	12	Malacensis	150
Jujaba. vid. Cortex	113	Manati	148
Jujubæ	101	Nephriticus	8
Juniperi baccæ	101	Osteocolla	8
gummi	128	Percarum	150
summitates	60	Porcinus	150
Kermes grana	100	Pumex	8
Lac Lunæ	1	Rubinus	9
Lacca cœrulea	13	Sapphirus	9
Florentina	13	Sardius	9
pictoria in globulis	13	Selenites	8
Ladanum Gummi	126	Silex	8
Lapides cancerorum	143	Smaragdus	9
carpionum	144	Smiris	8
Lapis Aëtites	5	Specularis	6
Alabastrum	6	Spongiarum	8
Amethystus	9	Talcum	9
Amiantus	6	Topasius	10
Aquilæ	5	Lafer foetidum, Syriacum	121
Armenius	6	Lauri Baccæ	101
Asbestus	6	Leporum tali	147
Auris ceti	148	Lepus combustus	147
Belemnites	8	Lignum Agallochum	115
Bezoar Occidentalis	141	Aloës	115
Orientalis	141	Alpalathum	116
Porci	150	Buxi arborefcentis	116
Bufonites, f. Bufonius	6	Colubrinum	116
Calaminaris	6	Cupressinum	116
Calcarius	6	Ebenum	116
Carbunculus	9	Guajacum	116
Carneolus, f. Sardius	9	Juniperinum	117
Carpionis	144	Lentiscinum	117
Ceraunius	8	Moluccense	117
Chrysolithus, f. Chryfopasius	9	Nephriticum	117
Coromandel	142	Pavana	117
Cryftallus montana	7	Rhodium	118
f. Glacies Mariæ vulgaris	7	Sanctum	118
Moscovit.	6	Sandalinum album	118
Granatus	9	citrinum	118
Hæmatites	7	rubrum	119
Hiftricus Malacensis	150	Sassafras	119
Hyacinthus	9	Serpentarium officinale	116
Judaicus	7	Solani Dulcamaræ	119
Gesneri mat. med.		Suberis	119
		Limatura Chalybis	13
		T t	Liquid-

I. INDEX LATINUS.

Liquid - ambra	130	Muscus terrestris, clavatus	139
Liquiritiæ succus	134	Mustelæ piscis vertebræ	149
Lithargyrium Auri	13	Myristicæ	108
Argenti	13	Myrobalani Belliricæ, rotundæ	101
Lithomarga	2	Chebulæ	101
Lucii piscis mandibulæ	147	citrinæ	101
Lupi hepar	148	Emblicæ	101
Lumbrici terrestres	148	Indæ	101
Lycii succus	134	Myrrha	126
Lycopodium	90. 139	Myrti bacca	102
		Myrtilli exsiccati	102
M acis	108	Myxæ	103
Macro - Piper	109	N acra perlarum	18
Magnes	8	Nardus Celtica, vid. Radix	45
Malabathrum, vid. Folia Indi	57	Indica, vid. ibid.	46
Malicorium, vid. Cort. Granator.	113	Nidi hirundinum	147
Manati lapis	148	Nihilum album	14
Mandibulæ lucii piscis	147	griseum	15
Manna calabrina	134	Nitrum crudum	3
Margaritæ	18	Nuces Cupressi	99
Marcafita	13	moschata	108
Margaritæ	18	Pineæ	102
Martis minera solaris	13	Pistaciæ	103
Mastiche	126	Vomicæ	102
Mater Perlarum	18	Nucistæ	108
Mechoacanna alba, vid. Radix	35	Nuclei Ceraforum	98
nigra, vid. ibid.	35	Persicorum	103
Meconium Thebaicum	135	Pineæ, Pigneoli	102
Medulla Saxorum	2	O chra	2
Mel	135	Oculi Cancrorum	143
cannæ	136	Oleum Cajeput	156
Melaguette	108	Petræ album	14
Mercurius vivus	10	nigrum	14
Mespili exsiccati	101	rubrum	14
Millepedes	141	Terræ	14
Minera Martis solaris	13	Olibanum	127
Antimonii	10	Opercula cochlearum	146
Minium rubrum	14	Opium	135
Monoceros verum	152	Opobalsamum	131
Moschus	148	Opopanax	127
Mumia	149	Orleana	14
Persica nativa	149	Ossa de Cordibus Cervi	149
Mures marini	149	Sepiæ	149
Muscæ Hispanicæ	143	Osteocolla	8
Muscus Acaciæ	139	Ova Struthionis	151
arboreus	139	Ovorum testæ	150
corallinus, f. marinus	16		
quernus	139		
			Palam-

1. INDEX LATINUS.

Palampiffa	127	Radix Allii fativi	20
Pancopal	123	Altheæ	20
Papaveris capita	97	Amaræ dulcis	20
Paradisi grana	108	Anchufæ	20
Paraguay	50	Angelicæ fativæ	20
Pareira brava. vid. Radix	38	silvestris	20
Paridis baccæ	102	Anthoræ	20
Passulæ majores	102	Apii hortensis	39
minores, Corinthiacæ	102	palustris	21
Pavonis stercus	150	silvestris	38
Pedra de porco	150	Aquilegiæ	21
Percarum lapis	150	Ari	21
Perlæ	18	Aristolochiæ clematitidis	21
Perlarum mater	18	fabacæ	21
nacra	18	longæ veræ	21
Perficorum nuclei	103	rotundæ veræ	22
Petroleum. vid. Oleum	14	vulg.	22
Phu. vid. Radix	39	Arnica	22
Pila marina	17	Artemisiæ	22
Pilæ Damarum	140	Asari	22
Pineæ f. Pigneoli nuclei	102	Alparagii	23
Piper album, rotundum	108	Alphodeli	23
Hispanicum	109	Barbæ caprinæ	23
Jamaicum	82	Bardanæ	23
longum	109	Been albi	23
nigrum, rotundum	109	rubri	23
Pistaciæ	103	Betæ rubræ	23
Pix	127	Bistortæ	24
navalis	127	Borraginis	24
Pompholyx. vid. Nihilum	14	Bruici	24
Porcinus lapis	150	Bryoniæ	24
Priapus cervi	144	Mechoacannæ albæ	35
ceti	145	Buglossi	24
tauri	152	arvensis annui	20
Propolis	156	latifolii, veri, urbani	24
Pruna Damascena	103	Calami aromatici	19
agrestia	95	Capparis	24
Pulmo vulpis	153	Cardopatii	24
Pumex	8	Cardui benedicti, f. sancti	24
Quercus folia	67	Caroli Sancti	25
glandes	100	Caryophyllatæ	25
viscus	120	Castummuniar	25
Radix Acetosæ	19	Cavæ. vid. Rad. Aristoloch. rot.	22
Acori veri	19	Chelidonii majoris	25
vulgaris	19	minoris	26
Alcannæ veræ	19	China	26
Alcææ vulgaris	19	Cichorei hortens. fativi	26
		agrest. f. silvestr.	26

I. INDEX LATINUS.

<p>Radix Cipo de Cameras 26 Colchici alba radice 32 communis, autumnal. 26 Colubrinæ, vid. Rad. Bistortæ 24 Consolidæ majoris 27 Contrajervæ 27 novæ, albæ, major. 27 Virginianæ 45 Costi amari 27 dulcis 27 Cucumeris silvestris f. afinini 28 Curcumæ 28 Cyclaminis 28 Cynoglossæ majoris vulgaris 28 Cyperi longi odorati 28 odoris Peruviani 27 rotundi 28 Dentariæ majoris 29 minoris 29 Dentis-leonis 46 Diptamni f. Dictamni 29 Doronici Romani 29 Dulc - amaræ 20 Ebuli 29 Elaterii 28 Ellebori albi 29 nigri 30 Enulæ 30 Eryngii 30 Esulæ 30 Farfaræ 31 Filicis 31 Filipendulæ 31 Foeniculi 31 porcini 39 Fragariæ 31 Fraxinellæ 29 Galangæ, majoris & mi- noris 107. 108 Genfing f. Ginseng 37 Gentianæ cruciatæ, minoris 31 Indicæ 32 majoris luteæ 31 Glycyrrhizæ 35 Graminis 32 Helenæ Sanctæ 32 Hellebori, vid. Rad. Elle- bori 29. 30 Hermodactyli 32</p>	<p>Radix Hirundinariæ 32 Hydrolapathi 33 Hyoscyami 33 Hypecacuanhæ 33 Jalappæ 33 Ikan 34 Imperatoriæ 38 Ipecacuanhæ 33 Iridis Florentinæ 34 nostratis 34 Lapathi acuti 34 aquatici 33 latifolii hortensis 41 rotundifolii hortensis 42 Levistici 34 Liliorum alborum 35 Liquiritiæ 35 Malvæ 35 Mandragoræ 35 Mechoacannæ albæ 35 nigræ 35 Metalistæ 35 Mei 35 Moringa 36 Morsus diaboli 36 Mungos 36 Ninzin 37 Nympheæ albæ 37 Olsnitii 38 Ononidis 38 Ostrutii 38 Oxylapathi 34 Palmæ Christi 38 pareiræ bravæ 38 pefaulina 39 pentaphylli 39 petasitidis majoris 39 petroselini 39 Peucedani 39 Phu Pontici 39 Pimpinellæ albæ 40 nigræ 40 fanguisorbæ 40 Plantaginis latifoliæ, f. majoris 40 Pœoniæ 40 Polygonati majoris 40 Polypodii 40 Pseudacori 19 Pulsatillæ 41</p>
--	---

Radix

I. INDEX LATINUS.

Radix Pyrethri	41	Recrementum vitri	12
Quinquefolii majoris	39	Reguli usti	151
Raphani rusticani	41	Refina Lentiscina	126
Rapi rubri	23	vulgaris Pini	127
Rhabarbari Monachorum	41	Rhabarbarum verum. vid. Radix	41
veri	41	Rhaponticum. vid. ibid.	42
Rhapontici officinalis	42	Rhinocerotis cornu	150
veri	42	Risigallum	15
Rhei	42	Rorella. vid. Herba	67
Rhodix, seu Rosariæ	42	Rubetæ terrestres majores	142
Rubiæ tinctorum	42	Rubinus	9
Rufci, vel Brusci	24	Rubrica fabrilis	2
Salab	43		
Sanguisorbæ	40	Saccharum	136
Saniculæ	43	candifatum	137
Sanley	43	liquidum	137
Saponariæ	43	Thomæ	136
Sarsaparillæ	43	Sagapenum	128
Satyrii	44	Sagu	136
Saxifragiæ albæ	40. 44	Sal alcali vulgare	3
rubræ	31	Ammoniacum	4
Scillæ	44	Anglicum laxativum	4
Scorzoneræ	44	Egranum	4
Scrophulariæ	45	Ebshamense	4
Seneka	45	Gemmæ	4
Serpentariæ minoris	21	Marinum	4
Virginianæ	45	Petræ	3
vulgaris rubræ	24	Sedlizenfè	4
Sigilli Salomonis	40	f. Soda Hispanica	5
Simaruba, v. Cortex	114	Vitri	12
Spicæ Celticæ	45	Sandalum	118. 119
Indicæ	46	Sandaracha Arabum	128
Squamariæ	29	Græcorum	11
Succifæ	36	Sandix, v. Minium	14
hirsutæ	36	Sambuci baccatæ exsiccatæ	103
Taraxaci	46	Sanguis draconis	128
Tormentillæ	46	hirci exsiccatuſ	147
Trifolii aquatici, f. fibrini	46	Sapphirus	9
Turbith	46	Sarcocolla	128
Tuffilaginis	31	Sarda	9
Valerianæ palustris f. silvestris	47	Sarsaparilla. vid. Radix	43
hortensis	39	Sassafras. vid. Lignum	119
Victorialis longæ	47	Scammonium, f. Scammonea	137
rotundæ	47	Schoenantum. vid. Herba	69
Vincetoxici	32	Scinci marini	151
Ulmaræ	23	Sebesten	103
Urticæ	47	Sego	136
Zedoariæ	109	Selenites	8
Zinziberis albi	110	Semen Abelmosch	81
vulgaris	110		
Gesneri mat. med.		Uu	Semen

I. INDEX LATINUS.

Semen Acetosæ	81	Semen Dauci Germanici vulgaris	87
Agni casti	81	Ebuli	88
Alkekengi	81	Endiviæ albæ	88
Althææ	81	Eruçæ	88
Ammeos	82	Ervi veri	91
Amomi	82	Fabarum	88
Anethi	82	Fagopyri	88
Angelicæ	83	Fœniculi Cretici, Romani	88
Anisi stellati, Indici	83	vulgaris, German.	89
vulgaris	83	Fœni græci, f. Fœnugræci	89
Apii fativi	83	Fraxini	89
Aquilegiæ	83	Genistæ angulosæ	89
Asparagi fativi	83	Gossypii frutescentis	84
Atriplicis hortensis	83	Halicacabi	81
Aurantiorum	83	Hordei	89
Badianæ	83	Hyoscyami albi	89
Bardanæ	84	Hyperici	89
Basilici	84	Ibisci	81
Berberum	84	Ketmiæ Ægyptiacæ	31
Bombacis	84	Lactucæ	90
Brassicæ rubræ	84	Lapathi acuti	90
Buniadis	91	Lappæ majoris	84
Cannabis fativæ	84	Levistici	90
Cardui benedicti	84	Lini	90
Mariæ	84	Lithospermi.vid.Milii folis	91
Carthami	85	Lupinorum	90
Carvi	85	Lycopodii	90
Cataputiæ majoris	85	Mali Citrei	86
minoris	85	Malvæ	91
Chærefolii	85	Melonum	91
Cicerum rubrorum	85	Milii Solis	91
Cichorii hortensis, fativi	86	Napi fativi	91
Cinæ f. Cynæ	86	Nasturtii hortensis	91
Citri	86	Nigellæ	91
Citrulli	86	Ocymi vulgatiors	84
Cnici	85	Orobi	91
Coccognidii	86	Papaveris albi	91
Cochleariæ	86	nigri	92
Colocynthis	86	Perfoliatæ	92
Coriandri vulgaris	86	Petroselini Macedonici	92
Cucumeris fativi	87	vulgaris	92
Cucurbitæ	87	Plantaginis	92
Cumini	87	Pœoniæ	92
nigri	91	Portulacæ	92
Cydoniorum	87	Psfyllii	92
Cymini	87	Pulicariæ	92
Cynæ	86	Raparum	93
Cynosbati	87	Raphani	93
Dauci Cretici	87	Ricini vulgaris	85

Semen

I. INDEX LATINUS.

Semen Rufci	93	Spinæ viperarum	152
Rutæ	93	Spongia cynosbati	139
Sabadilli	93	marina	17
Sambuci	93	Squilla. vid. Radix	44
Sanctum f. Santonicum	86	Stella terræ	9
Saxifragiæ	93	Stercus caninum album	140
Scariolæ	88	pavonis	150
Sefami	93	Stibium	10
Sefeli Cretici	94	Stincus marinus	151
Maffiliensis	94	Stipites Solani Dulcamaræ	119
Sinapi albi, hortensis	88	Storax calamita	129
Rapi folio, femine		liquida	132
rufo	94	Struthionis ova	151
Sophiæ Chirurgorum	94	Succinum	17
Staphidis agriæ	94	Succus Acaciæ Ægyptiacæ	133
Sumach	94	Germanicæ	133
Tanaceti	95	Glycyrrhizæ	134
Thlaspios arvensis	95	Hypocistidis	134
contra Vermes	86	Liquiritiæ	134
Violarum, purpur. martiar.	95	Lycii	134
Viticis	81	Sulphur caballinum	15
Urticæ Romanæ	95	citrinum	15
vulgaris	95	vivum griseum	15
Zedoariæ	86	Summitates Juniperi	60
Senegal, Senica	120. 129	Origani	78
Sennæ folia	70	Syringites	18
folliculi	71		
Serapinum	128	T alcum	9
Sericum crudum	151	Tali leporum	147
Serpentaria Virginian. vid. Radix	45	Talpæ combustæ	151
Serpentum exuviæ	151	Tamarindi	104
Seruum bovinum	153	Tartarus crudus	137
cervinum	153	Tauri priapus	152
hircinum	153	fel inspissatum	142
Silex	8	Terebinthina communis	132
Siliqua dulcis	103	Cypria	132
purgatrix	97	Veneta	132
Sinopsis veterum	2	Terra Catechu	138
Smaragdus	9	Japonica	138
Smiris	8	Lemnia	2
Soda Hispanica	5	Orleana	14
Sorbi torminalis baccæ	103	figillata alba Turcica	2
Sperma Ceti	145	Goldbergenfis	2
Sphæra marina	17	Melitenfis	2
Spica Celtica. vid. Radix	45	grifea Silefiaca vel lu-	
Indica. vid. ibid.	46	tea Strigoniensis	2
Spinæ cervinæ baccæ	103	rubra Turcica	2
dorsi Mustelæ pifcis	149		

I N D E X L A T I N U S.

Terra Tripolitana	2	Vitriolum album	5
viridis	2	Cyprinum, f. cœruleum	5
Testæ cochlearum	146	Veneris. v. Æs vir. crystall.	2
ovorum	150	viride Rom. Hungar. Angl.	5
Testiculi equi	146	vulgare	5
Thus. vid. Olibanum	127	Vitrum Moscoviticum, v. Alumen	
Thutia. vid. Tutia	15	scissile	6
Topasius	9	Venetum	15
Torna folis cœrulea	15	Umbilicus marinus	18
rubra	15	Unguis odoratus	18
Tragacantha	129	Ungulæ Alcis	140
Tribuli aquatici	104	cancrorum	143
Trichites	6	Unicornu fossile	152
Tripela offic.	2	marinum f. verum	152
Tubera cervina	138	Uniones	18
Tunicæ interiores gallinæ ventri-		Uvæ passæ majores	102
culi	146	quercinæ	104
Turbith. vid. Radix	46	Vulpis pulmones	153
Tutia Alexandrina	15		
		Xylo aloës	115
Vainigliæ, Vaniliæ	104	Xylocaracta	103
Ventriculi Gallinarum	146	Xylo - cassia	106
Vernix ficca	128		
Vertebræ Mustelæ piscis	149	Zagoe	136
Viperarum spinæ	152	Zedoaria	109
Viride æris	15	Zibethum	153
montanum	2	Zincus marinus	151
Viscus	119	Zingiber album	110
Betulæ	120	vulgare	110
Corylinus	120	Zuccarum	136
Quercinus	120		
Salicis	120		
Tiliæ	120		



II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.



II.

TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Absinthe	48	Arbousier	74
Romain ou Pontique	48	Archangelique	60
Acanthe	52	Arêtes de Murene	149
Aceteuse	48	Argent fin en feuilles	10
Achiote	14	vif	10
Acmelle	48	Argentine	50
Adiante blanche	49	Aristolochie menue	50
Aëtites	5	Armoise blanche	51
Ægagropila	140	rouge	51
Agaric	138	Arsemise. v. Armoise	51
mineral	1	Arfenic blanc	10
Agripaume	53	jaune	11
Aigremoine	49	rouge	11
Ail	20	Afa foetida	121
Aiman	8	Asbeste	6
Albâtre	6	Asphalte	16
Alcée	49	Aspic	60
Alleluja	48	Auronne le mâle	47
Alliaire	49	Axonge d' Anguille	153
Aloë caballine	133	de Barbote	154
hepatique	133	de Blaireau	154
Succotrin	133	de Brochet	154
Alun blanc, vulgaire	3	de Caille	154
de plume	6	de Canard	153
de roche	3	de Castor	154
Romain	3	de Castoreum	154
Aluine	48	de Chapon	154
Amandes ameres	96	de Chat sauvage	154
douces	96	de Chien	154
Ambre gris	16	de Cicogne	154
jaune	17	de Col de cheval.	154
liquide	130	de Couleuvre	154
Ametife	9	de Heron	153
Amiante	6	humaine	154
Anacardes	96	de Lapin	154
Anagallis, le mâle	50	de Lievre	154
Anet	50	de Liron, de Loir	154
Anis étoilé	83	de Loup	154
Antimoine	10	de Marmotte	154
mine	10	d' Ombre	154
		d' Ours	154

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Axonge d'Oye	153	Bitume de Judée	16
du panne de Porc	154	Blanc de baleine	145
de Poule	154	de plomb	11
de Renard	154	Blatte Byzantine	18
de Taiffon	154	Blé noir	88
de Thymallus	154	Bois d'Aloës	115
des Viperes	154	d'Aspalat	116
Azur	6.7	de Buis	116
Bajés de Coqueret	81	couleuré	116
Bardane grande	60	de Cypre	118
Basilic	1	de Cyprès	116
Batrachite	6	de Douce - amère	119
Baume de Canada	130	Ebene	116
de Capahu, de Copaiba	130	de Gayac	116
dur	131	de Genevre	117
de Judée	131	de Lentisque	117
de Mecha	131	Liege	119
de Perou blanc	130	des Moluques	117
noir	131	nephretique	117
Rakafira	132	de Rhode	118
rouge sec	131	de Rosés	118
de Tolou	132	faint	116. 118
Bayes d'Airelle	102	de Santal blanc	118
de Coqueret	81	citrin	118
de Genevre	101	rouge	119
de Laurier	101	de Saffafras	119
de Lierre	100	Bol d'Armenie	1
de Myrte	102	blanc	1
de Myrtille	102	rouge vulgaire	1
de Nerprun	104	Boletus cervinus	138
des raifins de Renard	102	Bon Henri	52
de Sureau	103	Homme	73
Edellium	121	Borax de Venise	3
Beaume. Herbe	63	Borragé	52
Bec de grue	58	Bouillon blanc	73
Becabunge	51	Bourrache	52
Belemnite	8	Bourse à berger	53
Belladonne, Belledame	51	Branche ou Branque urfine	52
Ben	96	Brunelle	67
Benjoin	121	Bruyere	57
Berberis feché	96	Bugle	55
Bêterave	23	Bugloffe	53
Betoine	52	Caa - apia	156
Bezoard d'Allemagne	140	Cabaret	51
de Coromandel	142	Cacao	96
Occidental	141	Cachou	138
Oriental	141	Cadmie	6. 11
de Porcépi des Indes	150	Caffé	98
Bismuth	13		

Cajeput,

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Cajeput, huile	156	Cire blanche	156
Caillelait	58	jaune	156
Caillou	8	Civette	153
Calamente	53	Cloportes	141
Calamine	6. 11	Cloux de Girofle	106
blanche	14	Cobalt	11
Camphre	122	Cochenille	145
Cancamum	122	Coins secs	99
Candi	137	Colchique	26
Cannelle blanche	107	Collechair	128
fine	106	Colle de poisson	147
Cantharides	143	Colophone	123
Capillaire	49	Coloquinte	98
Cappe de moine	48	Conife	55
Caragne	122	jaune	55
Cardamome grand	108	Confoude, grande	55
petit	105	moyenne	55
Carouge	103	Coquerets	95
Carpobalsame	97	Coques de Levant	98
Casse	106	des œufs	150
en bâton	97	Coquilles d'Escargots	146
Castorée ou Castoréum	144	Corail blanc	16
Cedon	70	noir	17
Cendre gravelée	3	rouge	16
Centauree, petit	53	Coraline	16
Centinode	54	Cornaline	9
Cerfeuil	54	Corne de cerf	144
Cerifes aigres seches	98	d'Elan	140
Ceruse blanche	11	de Rhinoceros	151
jaune	11	Corneille	62
de Venise	11	Cornouilles	99
Ceterac	54	Couvercles d'Escargots	146
Chacarille	111	Crane humain	146
Chardon benit	53	Crapaudine. Pierre	6
de nôtre Dame	53	Herbe	71
Chaux	6	Crapaux secs	142
Chelidoine grande éclairé	54	Craye blanche	1
petite	70	rouge	2
Chêne, petit	54	Cresson d'eau	64
Cheveux de Venus	49	Cristal	7
Chicorée	54	de roche	7
Chiennée	26	Crotte de chien	140
Chine Chine	111	de Paon	150
Chou marin	71	Cubebes	107
Chryfocolle	2	Culilavan	112
Chryfolith	9	Cuscute	56
Ciguë	55	Cynorrhodons	99
Cinabre artificiel	12		
mineral	12		

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Dactes , ou Dattes	99	Eponge	17
Dent de Lion	72	de Cynorrhodon	139
Dentales	18	de faule	139
Dents d' Hippopotame , ou		d' Escargots , couvercles	146
de Cheval marin	146	coquilles	146
de sanglier	141	Espargoutte	62
Depouilles de serpent	151	Etain de glace	13
Dictam , Dictame ou Dictamne		Eupatoire bâtarde	57
de Crete	56	Eufraife ou Euphraife	57
Digitale	56		
E bene	116	F erret d' Espagne	7
Ecorce de bois gentil	112	Feve de S. Ignace	99
saint	113	Fèves	88
Chacarille	111	Feuilles de chêne	67
de Chêne	113	Indienne	57
Chine Chine	111	de Laurier	60
des Citrons	111	cerife	61
Culilavan	112	de Ronce	68
de Frangula	112	de faule	68
de Frêne	112	de Sené	70
de Garou	112	de vignes	74
de Guayac	113	Fiel de bœuf épaissi	142
de Girofle	106	de verre	12
de Grenades	113	Figues feches	97
Jujabæ	113	Fleurs d' Ancolie	75
de Maronnier d'Inde	113	d' Anet	75
de Meurier	113	Balauftes	75
d' Orange	110	de Basilic	76
de Prunier sauvage	110	de Betoine	76
Quinquina	111	de Bluet	77
de Sassafras	114	de Bourrache	76
Simarouba	114	de Bouillon blanc	80
Styrax Thymiama	114	de Bugloffe	76
de Sureau , mediane	113	de Camomille Romaine	76
de Tamaris	114	des champs	77
de Winter	115	de Carthame	76
Ecoffes de Sené	71	de Chicorée	77
Ecreviffes , pattes	143	de Coquelicot	78
yeux	143	de Genet	77
Emeraude	9	de Giroflée jaune	77
Emeri , ou Emeril	8	d' Hepatique noble	77
Encens	127	de Houblon	78
Endive	56	de Lamium	81
Entalies	18	de Lavande	78
Epine des viperes	152	des Lis blancs	78
Epithyme	56	de marguerites petite	76
		rouge	76
		de Mars	12

Fleurs

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Fleurs de Mauve de jardin	78	Glands	100
de Melilot	78	Gomme Adraganth, ou d'Adragan	129
de Millepertuis	77	Ammoniac	120
de Muguet	78	Animé	120
de Muscade	108	Arabique	120
de Nard commun	80	Afa foetida	121
de Nenufar blanc	78	Benjoin	121
de Nymphée blanche	78	Bdeillum	121
d'Oeuillets rouges	80	Camphre	122
d'Orange	75	Cancamum	122
d'Ortie morte	81	Caragne	122
de Paquerette	76	des cerifes	123
de Passevelours	80	Collechair	128
de Pavot rouge	78	Colophone	123
de pêcher	79	Copal	123
de Pied d'Aloutte	76	Elemi	123
de Pivoine	79	Encens	127
de Primevere	79	d'Epine de bouc	129
de Prunier sauvage	75	Euphorbe	124
de Romarin	75	Galbanum	124
de Rosés blanches	79	Galda	124
pâles	79	de Guayac	124
de Provins	79	de Genevre	128
rouges	79	Goutte	124
de Safran bâtard	76	Kikekunemalo	125
de Sauge	79	Ladanum	126
de Scabieuse	80	Lacque en baton	125
de Soucy	76	en graines	125
de Spic	76	en oreilles	125
de Stœchas Arabique	80	de Lierre	125
citrin	80	Look	125
de Sureau	79	Mastic	126
de Tanesie	80	Myrrhe	126
de Tillau, Tilleul, ou Tillot	80	Olampi	127
de Tuffilage	77	Opopanac	127
de Violettes de Mars	81	Sagapenum	128
Follicules de Sené	71	Sarcocolle	128
Foye de Loup	148	de Senegal	129
Fumeterre	58	Goutte de Lin	56
Galanga grand	107	Graines d'Ecarlate	100
petit	108	de Musc	81
Galega	58	de Paradis	108
Garderobbe	47.56	de Tilli	100
Germandrée	54	Graisse. v. Axonge.	
d'eau	70	Gratiolle	58
Gingembre	110	Gratte - cu	99
blanc	110	Grenat	9
Girofles	106	Gui	119
Girofle ecorce	106	de Bouleau	120
<i>Gesneri mat. med.</i>		Y y	Gui

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Gui de Chêne	120	Lierre terrestre	59
de Coudrier	120	Lievre calciné	147
de Saule	120	talons	147
de Tillau	120	Limaille d'acier, de fer, de Mars	12
Guimauve	50	Lin cathardique	61
Gyfieres	146	Linaire	61
H		Litharge d'argent	13
Hanebane	59	d'or	13
Hepatique d'eau	59	Lunaire	61
noble	59	Lyfimachie jaune	61
Herbe des Aux	49	rouge	62
aux chats	53.64	M	
aux cuillers	55	Machaires de brochet	147
de fenouil	57	Macis	108
de fraisier	58	Manne de Calabre	134
de la goutte	67	Marcaffite	13
a pauvre homme	58	Marguerite, petite	51
Robert	58	Marjolaine	62
Herifon calciné	146	Marons d'Inde	100
Herniole	59	Marrube blanc	62
Hieble	56	noir, puant	62
Hirondelles calcinées	147	Marum	62
Huile Cajeput	156	Mastic	126
de pétrole clair	14	Matricaire	62
noir, ou de Gabian	14	Mauve	62
rouge	14	fauvage	49
de terre	14	Melilot	63
Hyacinthe	9	bleu	63
Hyfope	60	Melisse	63
		de montagnes	60
		fauvage	63
I		Turque	63
Inde, Indigo	12	Menthe crépue	63
Jonc Oriental odorant	69	Menyanthe	73
Ivette	54	Mercure	10
Jujubes	101	Mercuriale	63
Jusquiamé	59	Meres de Girofle	105
		Miel	135
K		Millefeuille	63
Kermes	100	Mille-pertuis	60
		Mine d'Antimoine	10
L		martial d'Hesse	13
Lacque colombine, en boules	13	Minium	14
de Florence, fine	13	Miroir d'Ane	6.7
Lait de Lune	1	Moëlle de pierre	2
Langue de Cerf	69	Molene	73
de Serpent	65	Momie v. Mumie	
Laque v. Lacque		Morelle	71
Lavande	60	Morgeline	49.50
Licorne veritable	152	Mort aux chiens	26
Liege	119		
Lierre	59		
			Mouron

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Mouron	50	Orpiment	11
Mousse de chêne	139	Orpin, Herbe	56
Coraline	16	Orpin, ou Orpiment. Minéral	11
marin	16	rouge	11
de Prunier sauvage	139	Orseille	13
terrestre	139	Ortie commune	74
Muffle de lion, de veau	50	blanche ou morte	74
Muguet de bois	62	Os de cœur de cerf	149
Mumie d'Egypte	149	de Seiche	149
de Perse, naturelle	149	Oseille	48
Musc	148	sauvage	48
Muscades	108	Ostéocolle	8
fleurs	108	Outre mer	7
Myrobalans Bellirics	101	Ozeille v. Oseille	
Chebules	101		
Citriques	101	P aquerette	51
Emblics	101	Parietaire	65
Indiens noirs	101	Pas d'Ane	57
Myrrhe	126	Pattes des Ecrevisses de mer	143
Myrte	64	d'Oye	52
		Pelote de mer	17
N acre de perle	18	Pensée	60
Nefles seches	101	Perce-feuille	65
Nids d'Hirondelles	147	Perce-mousse	49
Nitre	3	Perles	18
Noix de Cyrès	99	Perfil	65
de Galle	100	Pervenche	74
vomiques	102	Pétrole blanc	14
Nombril marin	18	noir	14
Noyaux des Cerifes	98	rouge	14
des Pêches	103	Pied de Chat	58
Nummulaire	64	de Lion	49
		Pierre d'Aigle	5
O chre, Ocre	2	d'Aimant	8
Oeufs d'Autruche	151	Armenienne	6
Oignon marin	44	d'Azur	7
Oliban	112	Belemnite	8
Ongle d'Elan	140	Caillon	8
Opium de Thebes	135	calaminaire	6
Opopanax	127	des carpes	144
Or fin en feuilles, Or battu	11	a chaux	6
Orcanette du Levant	19	Emeri	8
Oreille d'Homme	22. 51	d'éponge	8
de Judas, ou de Juif	139	Hematite	7
de fouris	66	Judaique	7
Origan	65	de Lynx	8
de Crete	65	de Malacco	150
Orléan	14	nephretique	8
Ormin	58	Ostéocolle	8

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Pierre de perche	150	Queue de Cheval	57
ponce	8	Quinquina	111
Sanguine	7	Quinte-feuille	65
Sélénite	8		
speculaire	6.7	R acine d' Aceteuse	19
Talc	9	d' Ache	21
de vache marine	148	d' Acorus, le faux, le bâtard	19
Pignons	102	le véritable	19
d' Inde	100	d' Alcée	19
Pilofelle	66	d' Althé	20
Piment	52	d' Alkanna	20
Pimprenelle sanguisorbe	66	d' Ancolie	21
faxitragé	66	d' Angelique	20
Pissenlit	72	fauvage	20
Pistaches	103	d' Anthore	20
Plantain long	66	d' Api	21
majeur	66	d' Ariltoloché longue verit.	21
des montagnes	51	ronde commune	22
Plomb rouge	14	petite	21
Poirée blanche	52	verit.	22
Poivre blanc	108	clémat. des vign.	21
d' Espagne	109	d' Armoise	22
long	109	d' Arrête bœuf	38
noir	109	d' Asarum	22
Poix	127	d' Asclepias	33
blanche	127	d' Asperge	23
navale	127	d' Asphodele	23
noire	127	d' Aunée, d' Aunè	29
Polium de Crête	66	de barbe de chevre	23
de montagne	66	de Bardane	23
Polygale	66	de Been blanc	23
Pomme épineuse	72	rouge	23
Pompholyx	14	de Benoite	25
Potasse	3	de Betoinede montagne	22
Poumons des Renards	153	de Bistorte	24
Prêle	57	de Boucage	40
Priape de baleine	145	de Bourrache, Bourrage	24
de cerf	144	de Bryone	24
de taureau	152	de Buglosse	20. 24
Propolis	156	de Bugrade, ou Bugrane	38
Pruneaux doux	103	de Cabaret	22
Prunelle. Herbe	67	de Calamus aromatique	19
Prunelles sauvages	95	de Caprier	24
Ptarmica	67	de Carline	24
Puliot	67	de Cassumuniar	25
Pulmonaire	67	de Celeri	21
de chêne	67	de Chardon benit	24
Pyrole	67		

Racine

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Racine de Chardon Roland	30	Racine de la St. Heléne	32
de Chardonnerette	24	d' Hermès	32
de Chardouffe	24	d' Hermodattes	32
de St. Charles	25	de petit Houx	24
de Chelidoine, grande	25	de Hydrolapathum	33
petite	26	de Jalap	33
de Chicorée	26	d' Jeble	29
fauvage	26	Ikan	34
de Chien - dent	32	d' Imperatoire	38
Chiennée	26	d' Ipecacuanha	33
Cipo de Caméras	26	d' Iris bleue	34
Colchique	26	de Florence	34
de Concombre fauvage	28	de Jusquiame, blanche	33
de Confoude grande	27	de langue de chien	28
de Contrayerve	27	de Leveche ou Liveche	34
blanche de		des Lis blancs	35
Mexique	27	de Mandragore	35
de Coquelourde	41	de Mauve	35
de Costus amèr	27	fauvage	19. 43
doux	27	de Méchoacan	35
de Coulevrée	24	de Metaliste	35
de Curcuma	28	de Meum	36
de Dent de Lion	46	de Morelle rampante	20
de Dentaire grande	29	Moringa	36
petite	29	Mort aux chiens	26
de Dompte venin	33	Mungos	36
de Doronic	29	de Nard Celtique	46
de Douce - amere	20	de Nenufar	37
d' Ellebore blanc	29	de Ninzin	37
noir	30	d' Olsnitium	38
du St. Esprit	20	d' Orcanette du Levant	19
d' Enule campane	30	d' Orchanette	20
d' Esquine	26	d' Oreille d' Ane	27
d' Esule	30	d' Ortie	47
de Fenouil	31	d' Oseille	19
de Filipendule	31	d' Ostroloche	21
de Fougère aquatique	31	d' Otruche	38
femelle	31	d' Ozeille	19
de Fraifier	31	de pain de pourceau	28
de Fraxinelle	29	de Palme de Christ	38
de Frêlon	24	de Panicaut	30
de Galliot	25	de Pareira brava	38
de Garance	42	de Parelle	34
de Gentiane	31	de Pas d' Ane	31
Croifette	31	de grand Pas d' Ane	39
d' Indes	32	de Patience grande	42
de Gin - feng	37	de Marais	33
de Glayeul	19. 34	fauvage	34
de Glouteron	23	Pefaulina	39
de Guimauve	20	de Pempedula	39
d' Hannebane	33		

II. TABLE DES NOMS FRANCISS.

Racine de Perfil	39	Racine de Tithymale	30
de Pétafite	39	de Tormentille	46
de pied de veau	21	de Trefle de Castor	46
de Pimprenelle	40	Tue-chien	26
blanche	40	de Turbit	46
noire	40	de Tuffilage	31
de Pisse en lit	46	de Valeriane	47
de Pivoine	40	grande	39
de Plantain	40	de Victoralis longue	47
de Polypode	40	ronde	47
de Pyrethre	41	de Vigne blanche	24
de Queue de pourceau	39	Viperine de Virginie	45
de Quinquina	26	Raifins de Corinthe	102
de Quinte-feuille	39	de Damas	102
de Raifort grand	41	gros	102
de Rattelou	21	Ratelou	50
de Récife	25	Réalgar	11
de Réglisse	35	Reglisse en bâton	134
de la Reine des prés	23	Renouée	54
de Rhapontic véritable	42	Refine	127
vulgaire	42	blanche	127
de Rhodus	42	navale	127
de Rhubarbe	41	noire	127
des moines	41	de Storax	129
sentant les Roses	42	Rocou	14
de Rusc	24	Romarin	68
Safran d'Indes	28	Ros folis	67
Salab	43	Roucou	14
salivaire	41	Roitelets brûlés	151
de Salsepareille	43	Rubis	9
de Sanicle	43	Ruë	68
Sanley	43		
de Saponnaire	43	Sabine	68
de Sarcepareille	43	Safran	107
de Sarrafine ou Sarazene	21	bâtard	76
de Satyrion	44	d'Indes	28
de Savonniere	43	Sagapenum	128
de Saxifrage, blanche	44	Sagu	136
rouge	31	Sain doux	154
de Sceau de Salomon	40	Salpêtre	3
de Scille	44	Sang de bouc sec	147
de Scorzonere	44	de Dragon	128
de Scrophulaire	45	Sanicle	69
Seneka	45	Saphir	9
Serpentaire	45	Saponnaire	69
de Souchet long	28	Sarcocolle	128
rond	28	Sardoine, Sardienne	9
de Spicanard	46	Sariette	69
de Squine	26	Sarrafin	88
de Succife	36		

Sarra-

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Sarrasine	50	Semence de Coloquinte	86
Sauge	68	de Concombre	87
fauvage	68	de Coriandre	86
Saxifrage	69	de Coton	84
Scabieuse	69	des Courges	87
Scamonée	137	de Cresson	91
Schœnant	69	de Cumin	87
Scinc marin	151	de Daucus de Crète	87
Scordium	70	d'Eglantier	87
de Crete	70	d'Endive	88
Scrophulaire	70	d'Epine vinette	84
Sebestes	103	d'Epurge	85
Sedum	70	de Fenouil commun	89
Sego	136	doux	88
Sel ammoniac ou armoniac	4	de Fenugréc	89
d'Epson	4	de Frêne	89
gemme, mineral, fossile, de		de Genêt	89
roche	4	de Guimauve	81
marin	4	de Gremil	91
purgatif amer	4	de l'herbe aux pouces	92
d'Eger	4	de Houx - frelon	93
de Sedliz	4	de Jugeoline	93
de verre	12	de Jusquiame	89
Selénite	8	de Laitue	90
Semence d'Ache	83	de Lauréole	86
d'Agnus castus	81	de Leveche	90
d'Ammi	82	de Lin	90
d'Amome	82	de Lupin	90
d'Anchole ou d'Ancolie	83	de Lycopodium	90
d'Anet	82	de Mauve	91
d'Angelique	83	de Melon	91
d'Anis	83	de Millepertuis	89
de la Chine, étoilé	83	de Moutarde	94
d'Arroche	83	de Navet	91
d'Asperge	83	de Nielle	91
de Basilic	84	d'Orange	83
de Bardane	84	d'Orge	89
de Carotte fauvage	87	d'Orobe	91
de Carvi	85	d'Ortie	95
de Cerfeuil	85	Romaine	95
de Chanvre	84	d'Ozeille	81
de Chardon benit	84	de Panais	87
Marie	84	de Patience	90
de Chassetaupe	85	de Pavot blanc	91
de Chicorée	86	noir	92
de Chou rouge	84	de Percefeuille	92
de Citron	86	de Perfil	92
de Citrouille	86	de Macedoine	92
de Cochlearia	86	de Pivoine	92
des Coins	87	de Plantain	92

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Semence des pois chiches rouges	85	Tabac	64
de Pourpier	92	Tabouret	53
de Raifort	93	Tacamahac ou Tacamaque	129
de Rave	93	Talc	9
de Ricin	85	transparent	6
de Roquette	88	Talons de lievre	147
de Ruë	93	Tamarinds	104
de Sabadillum	93	Tamaris	72
de Saffran bâtard	85	Tanefie	72
de Sefame	93	Tartre	137
de Sefeli de Candie	94	Taupes brulées	151
de montagne	94	Terebinthine de Chypre	132
de Sifymbrium	94	ordinaire	132
de Staphis aigre	94	de Venife	132
de Sumach	95	Terre Cachou	138
de Sureau	93	Lemnienne	2
de Tanefie	95	figillée blanche de Malthe	2
de Thlafpi	95	de Silesie	2
contre les vers	86	de Turquie	2
de Violettes	95	grife de Silesie	2
d'Yeble	88	rouge de Turquie.	2
Sené	70	verte	2
Seneçon	70	Terrette	59
Serpolet	71	Testicules de cheval	146
Sommitées de genevrier	60	Têtes de Pavot	97
Sorbes fechées	103	Thée	72
Soude, en pierre	5	de la mer du Sud	50
Soufre grossier	15	Thym de Crete	73
jaune, commun	15	a feuille menue	73
vif, gris	15	vulgaire	73
Souris marines	149	Topaze, Topafe	9
Soye brulée	151	Tormentille	73
Sperme de baleine	145	Tortelle	57
Storax. v. Resine	129	Tournesol bleu	15
liquide	132	en drapeau	15
Styrax Thymiana	114	en pâte, en pain, en pierre	13
Suc d'Acacia veritable d'Egypte	133	Toute bonne	52
d'Hypociste	134	Treffe de Castor	73
de Lycium	134	des prés	73
des Prunelles sauvages	133	Tribules aquatiques	104
de Reglisse en bâton	134	Tripoli	2
Succin	17	Træsne	61
Succife	64	Turquette	59
Sucre	136	Tue-chien	26
Candi	137	Tuffilage	57
liquide	137	Tutie	15
Suif de Bœuf	153		
de Bouc	153		
de Cerf	153		

Vanilles

II. TABLE DES NOMS FRANCOIS.

Vanilles	104	Vitriol d'Allemagne vulgaire	5
Vedasse	3	d'Angleterre	5
Velar	57	blanc	5
Verd de gris	15	bleu de Chypre	5
de montagne	2	d'Hongrie	5
Verdet	15	Romain	5
Verge d'or	55	Verd	5
Vermillon artificiel	12	Unicorne mineral	152
mineral	12	Uvulaire	75
Veronique	74	Yeble	56
Verre de Venise	15	Yeux d'ecrevisses	143
Vers de terre secs	148	Yvoir	146
Verveine	74	Zedoire	109
Vesse de Loup	138		
Violette	74		

III.

Deutsches Register.

Alruppen, Gräte	149	Agstein	17
Al = Schmalz	153	Ahl = Schmalz	153
Abbiß, Kraut	64	Alabaster	6
Wurzel	36	Allant = Wurzel	30
Acacien, Saft, Egyptischer	133	Allaun, gemeiner, weisser	3
teutscher	133	rother Römischer	3
Ackelen s. Ageley.		Allermannsharnisch = Wurzel	47
Acker = Holunderwurz	29	Aloe, feine von Soccotorra	133
mann	19	gemeine	133
rechter	19	Leberfarbige	133
Schwertel	47	Koß =	133
Ackmellen, Ceylanische	48	Aloes = Holz, s. Paradies = Holz	115
Acorus = Wurz, falsche	19	Alraun = Wurzel	35
Alder = Holz, s. Paradies = Holz	115	Althea = Wurzel	20
Stein	5	Amber, flüssige	130
Aegyptisches Färberkraut	19	graue	16
Aeschbaum = Rinde	112	Kraut	62
Saamen	89	Americanische Griefswurzel	38
Affodill = Wurz	23	Amethist	9
Ageley = Blumen	75	Ammoniac = Gummi	120
Saamen	83	Ammy = Saamen, Cretischer	82
Wurzel	21	Amömlin	82
Gesneri mat. med.		A a a	Am

III. Teutsches Register.

Ampferwurzel, wilde	34	Bad-Kraut-Wurzel	34
Anacardien	96	Schwamm	17
Andivien, Kraut	56	Bär-Wurzel	36
Andorn schwarzer	62	Bären-Fenchel-Wurzel	36
weisser	62	Klauen, teutsche und Italiänis.	52
Angelick-Saamen	83	Schmalz	154
Wurzel	20	Fäzen	52
wilde	20	Fraube	74
Angerblumen	76	Baldrian, Garten-	39
Angurien-Saamen	86	grosser	39
Animi-Gummi	120	kleiner	47
Anis gemeiner	83	Balsam von Canada	130
Indianischer, Stern-Anis	83	von Copaiba	130
St. Anthoni-Kraut	67	Indianischer schwarzer	131
Apalachine	50	trockener	131
Apostem-Kraut	69	weisser	130
Blumen, Blüthe	80	von Mecha	131
Arabischer Gummi	120	Peruvianischer	130, 131
Stöchas-Blumen	80	Rafasira	132
Arlas-Beer	103	von Tolu	132
Armenier-Stein	6	Röner, die Frucht vom	
Armenischer Bolus	1	Balsambaum	97
Stein	6	Basilic, Basilgen-Blumen	76
Arnick	22	Kraut	51
Aron-Wurzel	21	Saamen	84
Arsenic gelber	10	Bathengel, klein	54
rother	10	Bathengen	69
weisser	10	Baum-Farn-Wurzel	40
Stein	11	Moos	139
Asand stinkender	121	Winde	59
wohlriechender	121	Wollen-Saamen	84
Asbest	6	Bauren-Senf	95
Aschbaum-Rinde	112	Bdellium-Gummi	121
Saamen	89	Ben-Früchte	96
Aschen-Salz, Spanisches	5	Wurzel, rothe	23
Schmalz	153	weisse	23
Asphalt	16	Beerlappen-Saamen	90
Asphodill-Wurz	23	Behen. f. Ben	
Attich-Beer	99	Beinbruch	8
Kraut	56	welle	27
Saamen	88	Bellirische Myrobalanen	101
Wurzel	29	Benedict-Wurzel	25
Augenstein	5	Bengelkraut	63
trost	57	Benzoe	121
Wurzel	47	Berg-Blau	6
Aurin-Kraut, wildes	58	Crystall	7
Auripigment	11	Grün	2
Bachbungen	51	Rümmel	94
Badian	72	Cretischer	94

Berg-

III. Teutsches Register.

Berg-Münz, wohlriechende	53	Bofist	138
Poley	66	Bohnen	88
Cretischer	66	St. Ignatius,	99
Zinnober	12	Kraut	69
Bernstein	17	Bolus Armenischer	I
Bersing-Stein	150	rother, gemeiner	I
Bertram-Kraut	67	weisser	I
Wurz	41	Borax, Borrax	3
Beruf- oder Beschrey-Kraut	55.67.71	Boretzsch. s. Borragen.	
Besen-Kraut-Saamen	95	Borragen-Blüth, oder Blumen	76
Bethonien-Blumen, oder Blüth	76	Kraut	52
Kraut	52	Wurz	24
Bett-Stroh	58	Brackendistel-Wurzel	30
Beyfuß-Kraut, roth und weiß	51	Brand-Lattich	57
Wurz	22	Wurzel	31
Bezoar von Coromandel	142	Braun-Wurz	45
Occidentalischer	141	Kraut	70
Orientalischer	141	Brenn-Nesseln, Kraut	74
vom Stachelschwein	150	Saamen	95
Biber-Gail	144	Wurz	47
Schmalz	154	Brombeer-Laub	68
Schmalz	154	Bruch-Kraut	56. 59. 69
Klee	73	Wurzel	43
Wurz	46	Stein	8
Bibernell-Kraut	66	Brunnen-Kresse	64
Wurzel, schwarze u. weisse	40	Leberkraut	59
Bienenkraut	63	Brusch-Wurz	24
Bilsen-Kraut	59	Brust-Beer, rothe	101
Wurzel	33	schwarze	103
Saamen, weisser	89	Wurz	20
Bimsen-Stein	8	Buch-Ampfer	48
Birken-Mistel	120	Weizen	88
Bisam	148	Buck, rother	51
Saamen	81	weisser	51
Bismuth	13	Wurzel-Kraut-Saamen	92
Bitter-Klee	73	Burbaum-Holz	116
Blackfisch-Wein	149	dorn-Saft	134
Blau-Wurzel	40	Buzen-Kletten-Wurzel	23
Bleygelb	11	Caa-apia	156
Bleyweiß, gemeines, weisses	11	Cacau	96
Benedisches	11	Caffe-Bohnen	98
Bloch-Zittwer	25	Cajeput-Öel	156
Blut-Kraut	66	Calmus	19
Wurzel	40. 46	Cameel-Stroh, oder Heu	69
Kraut	73	Campher	122
Stein	7	Cancamum, Gummi	122
Bocks-Blut	147	Candel-Zucker	137
Horn-Saamen	89	Canell	106
Hörnlein	103	Caninchen-Schmalz	154
Inschlitt	153	Capaunen-Schmalz	153
Peterlein	66	A a a 2	Capa

III. Teutsches Register.

Cappern = Wurzel	24	Cornel = Kirschen	99
Caranna, Gummi	122	Costus = Wurz, bittere	27
Cardamomen, Cardamemelen,		süsse	27
grosse	105. 108	Cretischer Ammy = Saamen	82
kleine	105	Berg. Kummel	94
Cardobenedicten = Kraut	53	Poley	66
Saamen	84	Diptam	56
Wurzel	24	Dosten	65
St. Carls Wurzel	25	Lachen = Knoblauch	79
Carmesin = Beer	100	Cesal = Saamen	94
Carneol, Carniol	9	Chym = Seide	56
Cassia = Frucht oder Röhrlin	97	Chymian	73
Kinde	106	Vogelnest = Saamen	87
Cassio = Berry = Busch	50	Wohlgemuth	65
Cassumuniar, Cassamoniar	25	Creuz = Beer	104
Castanien, wilde, bittere	100	Blumen	66
Kinde	113	Wurzel	38
Celtischer Mardus	46	Wurzel	29, 31. 70
Ceylanische Ackmellen	48	Crystall	7
Chagrillen = Kinde	111	Cubeben	107
Chamillen = Blumen, gemeine	77	Cucumern = Saamen	87
Römische, edle	76	Curcuma	28
China = Kinde	111	Cupressen = Holz	116
Wurzel	26	Nüsse	99
Chocolade = Frucht	96	Cyper = Wurz, lange	28
Christ = Wurzel	30	runde	28
Chrysolith	9	Cypressen	56
Cipo de Cameras	26	Cyprischer Serpentin	132
Cisten = Saft	134	Vitriol	5
Citronen = Melissen	63	Dachs = Schmalz	154
Saamen	86	Datteln	99
Schalen	111	saure	104
Citrullen = Kerne	86	Dictam Cretischer	56
Cobalt	11	weisser, gemeiner	29
Coccinell	145	Dillen = Blumen, oder Blüth	75
Coffe	98	Kraut	50
Collmarkkraut	50	Saamen	82
Colophonium	123	Dincten = Gummi	120
Coloquinten	98	Diptam s. Dictam	
Saamen	86	Distel, gefegneter	53
Copal = Gummi	123	Donnerstein	8
Corallen = Moos	16	Dorant	50
rothe	16	Dornholz, Rhodiser	116
schwarze	17	Dosten	65
weisse	16	Cretische	65
Wurz	40	Drachen = Blut	128
Zincken	16	Dreyfaltigkeit = Kraut	60
Coriander = Saamen	86	Drundensfinger	8
schwarzer	91	Dürluzen	99
Corinthen	102		

Durr

III. Teutsches Register.

Dürrwurz, blaue	55	Eppich Garten= dessen Saamen	83
Durchwachs, Kraut	65	Wurzel	21
Saamen	92	gemeiner, dessen Wurzel	21
Eben= Holz	116	Wasser= dessen Wurzel	21
Eber= Wurzel	24	Erbfeln, Frucht	96
Edel= Leber= Kraut	59	Saamen	84
Blumen	77	Erdäpfel	28
Egel= Kraut	64	Erdbeer= Kraut	58
Egrisches Laxier= Salz	4	Wurzel	31
Egyptischer Schottendorn= Saft	133	Erde gesiegelte, graue Schlesische	2
Ehrenpreis	74	rothe Türkische	2
Eibisch= Kraut	50	weisse Schlesische	2
Saamen	81	Türkische	2
Wurzel	20	Malthesische	2
Eicheln	100	grüne	2
Eichen= Laub	67	Japanische	138
Mistel	120	Lemnische	2
Moos	139	Trippel=	2
Rinde	113	Erd= Gallen, Kraut	53
Traube	104	Kiefer	54
Eichfarn= Wurz	40	Del	14
Einbeer	102	rauch, Kraut	58
Einhorn, gegrabenes	152	scheib= Wurz	28
wahres	152	Erben= Saamen	91
Eisen= Blüthe	12	Eschbaum= Rinde	112
gefeiltes	12	Saamen	89
Hütlein	48	Esels= Kürbisen= Wurzel	28
Kraut, Eisenhart	74	Essig= Rosen	79
Vitriol= Kieß, Hessischer	13	Euphorbium	124
Elends= Horn	140	Eyer= Schaalen	150
Klauen	140	Fall= Kraut	51
Elephanten= Laus	96	Wurzel	22
Elfenbein	146	Farb= Flecklein, blaue	15
Elfenich= Wurzel	38	rothe	15
Elster= Beer	103	Farben= Cobalt	11
Endivien, Kraut	56	Farber= Baum= Saamen	94
Saamen	88	Röthe= Wurzel	42
Engelsüß	40	Farnkraut= Wurzel	31
Engel= Wurz	20	Faulbaum= Rinde	112
Engels= Frank= Wurzel	22	Federweiß	6.7
Englisches= Laxier= Salz	4	Feigbohnen	90
Vitriol	5	Feigen, durre	97
Enten= Schmalz	153	Feig= Warzen= Kraut	70
Enzian= Wurz	31	Wurzel	26.45
Indianischer	32	Felbenblätter	68
weisser	24.140	Feld= Andorn	71
Eppheu= Beer	100	Cypressen	54
Blätter	59	Rakern	58
Harz oder Gummi	125		
Gesneri mat, med.		B b b	Felds

III. Teutsches Register.

Feld, Münz	53	Gänse = Blumen	76
Poley	71	Kraut	52
Fellriß, Kraut	49	Kraut	50
Wurzel	19	Schmalz	153
Genchel = Holz	119	Gänserich	50
Kraut	57	Galban, Gummi	124
Rinde	114	Galda, Gummi	124
Saamen	89	Galgant, grosser	107
Römischer, süßer	88	kleiner	108
Wurzel	31	Galixen = Stein, blauer	5
Fette Henne	56	weisser	5
Fichten = Harz	127	Galläpfel	100
Fieber = oder Bieber = Klee	73	Gallmey	6
Wurzel	46	Gamanderlein = Kraut	54
Kraut	53	Garben = Kraut	64
Rinde	111	Garten = Baldrian	39
Filzkraut	56	Cypressen	56
Fingerhut, Kraut	56	Dill	50
Fisch = Wein, weisses	149	Eppich, Saamen	83
Körner	98	Wurzel	21
Leim	147	Isop	69
Flachs = Dotter	56	Kressen = Saamen	91
Saamen	93	Nägelein	80
Purgier =	61	Rauten	68
Saamen	90	Wegwarten = Wurz	26
Seide	56	Gartheyl	47
Fleischleim = Gummi	128	Gauchheil	50
Flieder, s. Hollunder		Geigen = Harz	123
Fliegen Spanische	143	Geiß = Bart = Wurzel	23
= Stein	11	Rauten	58
Flöh = Kraut = Saamen	92	Gelbsucht = Wurz	28
Flor, Spanischer	15	Gemsen = Kugeln	140
Florentiner Lack	13	Wurzel	29
Violen = Wurz	34	Genisten = Blumen	77
Fönugrac = Saamen	89	Saamen	89
Franzosen = Holz	116	Genzian	31
Rinde	113	Gerber = Baum = Saamen	94
Gummi	124	Gerste	89
Frauen = Dosten	65	Gewürz = Nelken oder Nägelein	106
Eiß	6.7	Rinde, Winters Americ.	114
Glas	6	Gicht = Rosen	79
Moscowitisches	6	Saamen	92
Haar	49	Wurzel	40
Mantel	49	Gift = Kies	11
Freysam = Kraut	60	Mehl	12
Fuchs = Lungen, getrocknete	153	Wurz, Indianische bittere	36
Schmalz	154	Mexicanische weisse	27
Fünffinger = Kraut	65	Peruvianische	27
Wurz	39	Giftheil = Wurzel	20
		Gilb = Wurz	28
			Ginster

III. Teutsches Register.

Ginster = Blumen.	77	Gummi = Mutter	124
Saamen	89	Nelbaum	123
Glas = Galle	12	Olampi	127
Kraut	65	Senegal	129
Benedisches	15	Gundel = Neben	59
Glied = Kraut	71	Gunder = Mann	59
Weich = Wurzel	23	Gurken = Saamen	87
Glocken = Blumen	75	Guter Heinrich	52
Saamen	83	H aarstrang = Wurzel	39
Gold = Blättlein, geschlagen	11	Haase, gebrannter	147
Blumen	76	Haasen = Fett, Schmalz	154
gelb	11	Pappeln	62
Glette	13	Pfütlein, Kraut	58
Kraut	70	Sprünge	147
Wurz	23	Habicht = Saamen	94
Golden = Wiederthron	49	Hagenbutten, Frucht	99
Gottes = Gnaden = Kraut	58	Saamen	87
Gottheyl	67	Schwamm	139
Granat, Edelstein	9	Hanf = Saamen	84
Granaten = Blumen, oder Blütze	75	Harn = Kraut	59. 61
Schalen	113	Indianisches	48
Gras = Blumen	80	Hartheu = Blumen	77
Wurzel	32	Hartriegel	61
Griech = Holz	117	Harz	127
Stein	8	Kirschen	109
Wurz, Americanische	38	Nelbaum	123
Grind = Wurzel	34	Hasel = Mistel	120
Kraut	70	Wurz	22
Saamen	90	Kraut	51
Grünspan	15	Hauhechel = Wurzel	38
Gürtel = Kraut = Saamen	90	Hausen = Blasen	147
Gulden = Günsel	55	Haus = Wurz, klein	70
Klee	59	Hechts = Kiefer	147
Wundkraut	55	Schmalz	154
Gummi = Ammoniac	126	Heidel = Beer	102
Animi	120	Korn	88
Arabischer	120	Heiden = Korn	88
Bdellium	121	Kraut	57
Cancamum	122	Heidnisch Wund = Kraut	55
Caranna	122	Heilig Geist = Wurz	20
Copal	123	Heil aller Schäden	74
Dinten	120	Kraut	50
Euphorbium	124	Heinrich, guter, stolzer	52
Franzosen = Holz	124	St. Helenen = Wurzel	32
Galban	124	Helfenbein	146
Gut	125	Herbst = Rosen	78
Kirschen	123	Hermodattel	32
Lack	125	Herz = Freud	63
Ladan	126		
Loof	126		

III. Teutsches Register.

Herz = Gespan = Kraut	53	Hunds = Rippe, Kraut	66
Klee	48	Schmalz	153
Wurzel	22, 22, 36	Zungen = Wurz	28
Hefischer Eisen = Vitriol = Kieß	13	Hyacinth, Edelstein	9
Himmel = Brand	73	Hypocacuanha	33
Schlüssel	79	Hypocisten = Saft	134
Hindläuften = Blumen	77	Hyssop	60
Kraut. s. Wegwartenfr.	54	Salappen = Wurzel, schwärzlichte	33
Wurzel	26	weisse	35
Hirsch = Kraut = Holz	119	Japomische Erde	138
Wurzel	20	Kraftwurz	37
Hirnschale, menschliche	146	Je länger, je lieber	20, 54
Hirsch = Brunst	138	Jgel, gebrannter	146
Creuz	149	St. Ignatius = Bohnen	99
Herz = Wein	149	Jkan, Wurzel	34
Horn	144	Indianischer Balsam, schwarzer	131
Inschlitt	153	weisser	130
Klee	57	Blatt	57
Kuthe	144	Harnkraut	48
Zungen = Kraut	69	Kraft = Wurz	37
Hirtentäschlein	53	Muschel = Schaalen,	
Hohl = Wurzel	21, 22	wohlriechende	18
Holunder = Beer	103	Myrobalanen, schwarze	101
Blütthe	79	Spicanard	46
Rinde	113	Indig	12
Saamen	93	Ingwer, Imber, gemeiner	110
Schwamm	139	gelber	28
Wurz, Acker	29	teutscher	21
Holz = Mangold.	67	weisser	110
Hönig	135	Ingrün	74
Klee	63	Inschlitt Bocks =	153
Hopfen	78	Hirsch =	153
Spanischer	65	Kinder =	153
Hußlattich = Blumen	77	Johannes = Blumen	77
Kraut	57	Brod	103
Wurzel	31	Gürtel = Wurz	22
Hüften	99	Kraut	60
= Saamen	87	Saamen	89
Hüner = Darm = Kraut	50	Wurz	41
Magen = Häutlein	146	Specacuanha	33
Scherben	49	Isop	60
Schmalz	154	Ispen, Kraut	60
Hüttenrauch	12	Judas = Ohr	139
Hunds = Baum = Rinde	112	Juden = Kirschen	95
Fett	153	Saamen	81
Gras = Wurzel	32	Pech	16
Kohl	63	Stein	7
Koth	140	Weihrauch	114
Kürbsen = Wurz	24		

III. Teutsches Register.

Käsz = Pappeln	62	Kohl = Saamen	84
Saamen	91	Kork	119
Kalbs = Nase	50	Korn = Blumen, blaue	77
Kalch = Stein	6	rothe	78
Kameel = Stroh, oder Heu	69	Münze	53
Kamm = Fett	154	Rosen	78
Kampfer, Kampher	122	Krähen = Augen	102
Karpfen = Stein	144	Kräzhenl, Kraut	58
Kastanien s. Castanien.		Kraft = Wurz, Japanische	37
Kaulpersich = Stein	150	neue	39
Kaysers = Wurz	38	Krausemünz	63
Kagen = Münz	64	Krebs = Augen	143
Schmalz, wild	154	Scheeren	143
Stein	8	Steine	143
Fräublein	70	Kreide weisse	1
Wedel	57	Kressen = Kraut, weisses	64
Wurzel	47	Saamen	91
Kehlblatt	75	Kreuzmünz	63
Keller = Esel	141	Kröten gedörte	142
Hals = Rinde	112	= Stein	6
Saamen	86	Kropfwurz	40
Keuschlamm = Keuschbaum = Saamen	81	Kugel = Lack	13
Kichern, Kicher = Erbsen	85	Kübel = Harz	128
Kiesel = Stein	8	Küchen = Schell = Wurz	41
Kitekunemald, Gummi	125	Kümmel	85
Kirschen, saure, oder Wein = Kirschen	98	Römischer, langer	87
= Harz oder Gummi	123	schwarzer	91
Kern	98	Künlein, Kraut	71
Loerbeer = Blätter	61	Künshöten = Blumen	77
Klapper = Rosen	78	Saamen	89
Schlangen = Wurz, Virgi-		Kürbiß = Saamen, Kerne	87
nische	45	Kunigunden = Kraut	57
Klee	73	Kupfer gebranntes, vid. <i>Æs ustum.</i>	
Kletten = Blätter	60	= Wasser. s. <i>Bitriol</i>	5
Saamen	84	Kuttelfisch = Wein	149
Wurzel, grosse	23	Kuzenell	145
Knaben = Kraut	56		
Wurz	44	Lachen = Knoblauch	70
Knoblauch	20	Cretischer	70
Kraut	49	Lack blauer	13
Knopf = Rosen	79	Florentiner	13
Kobalt	11	Gummi	111
Köckel = Körner	98	Kugel	13
Köhl = Saamen, rother	84	= Muß	13
Köhlbleins = Kraut	66	Ladan = Gummi	126
Wurzel	40	Lafrizen = Saft	134
Königs = Kerzen	73	Lasur = Stein	7
Körfel = Kraut	54	Lattich = Saamen	90
Saamen	85	Läuchelkraut	49
		C c c	Lavena
Gesneri mat. med.			

III. Teutsches Register.

Lavendel = Blumen	78	Mangold	52
welsche	80	Manna	134
Kraut	60	Manns = Creu = Wurzel	30
Laus = Körner	94	Margarethen = Blumen	76
Saamen, Mexicanischer	93	Kraut	51
Laxier = Salz, Englisches	4	Marien = Distel = Kraut	53
Leber = Kletten	49	Saamen	84
Kraut, edel	59	Marum verum	54
Blüthe	77	Maseran	62
Leindotter = Saamen	93	Maßlieben = Kraut	51
Lein = Kraut, groß und klein	61	Blumen, rothe	76
Saamen	90	Mastich, Mastix	126
Lemnische Erde	2	Holz	117
Lendenwurz	34	Kraut	62
Lerchen = Klauen = Blumen	76	Mauer = Eppheu	59
Schwamm	138	Esel	141
Lieb = Stöckel = Saamen	90	Pfeffer	70
Wurzel	34	Rauten	49
Lilien = Blätter, weisse	78	Maulbeer = Baum = Rinde	113
Wurzel, blaue	34	Maulwürfe, gebrannte	151
weisse	35	Maus = Dorn = Saamen	93
Linden = Blüth	80	Wurzel	24
Mistel	120	Gift	10
Löffel = Kraut	55	Dohrlein	66
Saamen	86	Zwiebel	44
Löwen, Fuß	49	Mayenblumen	78
Kraut, Wurz	46	Meer = Ballen	17
Maul	50	Bohnen	18
Zahn, Kraut	72	Glöcklein	71
Wurz	46	Hirse	91
Loof, Gummi	126	Kohl	71
Lorbeer	101	Krebs = Scheeren	143
Blätter	60	Moos	16
Luchs = Stein	8	Nabel	19
Lucians = Kraut	22. 51	Nettich	41
Lungen = Kraut	52. 67	Salz	4
fleckichtes	67	Sting	151
M acedonischer Peterfil = Saamen	92	Winde	71
Mägdebaum	68	Zwiebel	44
Magdalenen = Blumen = Kraut	46	Meger = Kraut	58
Magnetstein	8	Meister = Wurz	38
Magsaamen schwarzer	92	Melissen	63
weisser	92	Türkische	63
Majoran = Kraut	62	Wald =	63
Malthesische Siegel = Erde	2	Melonen = Kern, Saamen	91
Mandel = Blätter	61	Melten = Saamen	83
Mandeln, bittere	96	Mengel = Wurzel, grosse	33
süsse	96	Saamen	90
Mangelwurz	34	Mennig, rother	14

Menschene

III. Teutsches Register.

Menschen = Hirnschale	146	Myrobalanen, gelbe	101
Schmalz	154	Indianische, schwarze	101
Merzen = Viole	81	schwarzbraune, grosse	101
Kraut	74	Myrrhen	126
Mespelin, gedörte	101	Myrrhen = Beer	102
Mettrich	62	Blätter	64
Mexicanischer Laus = Saamen	93	N abelstein	18
Milz = Farn	54	Nacht = Kraut	65
Kraut	54	Schatten	51. 71
Mini, rothe	14	Holz	119
Mistel, Birken =	120	Nägelein = Benedictwurz	25
Eichel =	120	Blumen	80
Hasel =	120	Gewürz =	106
Linden =	120	Mutter =	105
Weiden =	120	Kinde	106
Modelgeerwurzel	31	Zimmet	106
Möhren = Saamen, wilder	88	Nardus, wilder	22
Mohn = Häupter, Köpfe	97	Celtischer	46
Saamen, schwarzer	92	Nashorn = Horn	151
weisser	92	Nattern = oder Vipern = Rückgrat	152
Saft	135	Wurz	24
Möhren = Kümmel	87	Zünglein	65
Moluckisches Purgier = Holz	117	Nelken. s. Nägelein.	
Mond = Kraut	61	Nessel = Blumen, taube	81
Krauten	61	Kraut	74
Mon = Milch	1	Saamen	95
Moos	124	Römischer	95
Moringa, Wurzel	36	todte, weisse	74
Mescowitisches Frauen = Glas	6	Wurz	47
Motten = Kraut	52	Nichts, weisses	14
Blumen	80	Nieß = Wurzel schwarze	30
Mücken = Gift, oder Stein	11	weisse	29
Münchs = Rhabarbara	41	O ccidentalischer Bezoar	141
Münze Berg =	46	Ochergelb	2
Feld =	46	Ochsen = Brech = Wurzel	38
gelbe	55	Galle, eingetrocknete	142
Krause =	55	Ruthe, Senne	152
Mumien, Egyptische	149	Zungen, Blumen, oder Blüth	76
Persianische, natürliche	149	Kraut	53
Mundholz	19. 61	Wurzel	20. 24
Murmelthier = Schmalz	154	rothe	20
Muscaten = Blüthe	108	Obermenig	49
Nüsse	108	Del = Baum = Gummi, Harz	123
Muschel = Schaalen, wohlriechende	18	Delmagensaamen, weisser	92
Mutter = Gummi	124	schwarzer	92
Kraut	53. 62. 63	Delniz = Wurzel	38
Nägelen	105	Slampi, Gummi	127
Wurz	22. 36	Opment	11
Zimmet	106		
Myrobalanen, aschfarbe	101		
Bellirische	101		

III. Teutsches Register.

Opium	135	Pfriemenkraut = Blumen	77
Orientalischer Bezoar	141	Saamen	88
Orlean	14	Pimpernell = Kraut	66
Oster = Blumen = Wurzel	41	Wurzel	40
Osterlucey = Kraut	51	Pimper = Rüßlein, Syrische	103
Wurzel	21, 22	Piniën = Rüßlein	102
Päonien = Wurzel	40	Pistacien	103
Panax = Gummi	127	Pocken = Holz	118
Pantoffel = Holz	119	Wurzel	26
Pappel = Blumen	78	Pöonien = Wurzel	40
Kraut	62	Poley = Kraut	67
Saamen	91	wildes	53
Wurzel	35	Pomeranzen = Blüth	75
Paradies = Holz	115	Saamen, oder Kerne	83
Körner	108	Schaalen	110
Paraguay, Kraut	50	Porst, Kraut	72
Pech	127	Portulac = Saamen	92
Pesaulina, Wurzel	39	Potasche	3
Pensylvanische Klapperschlangen =		Prunellen = Kraut	67
Wurzel	45	Psillien = Kraut = Saamen	92
Perlen = Hirse	91	Purgier = Glachs	61
Mutter	18	Holz, Moluckisches	117
Occidentalische	18	Körner	85, 86, 100
Orientalische	18	Purpur = Schnecken	18
Persichsteine	150	Quecken = Wurzel	32
Peruvianischer Balsam	130, 131	Queck = Silber	10
Gift = Wurzel	27	Quendel	71
Pestilenz = Wurzel	39	Quetschen	103
Petersilien = Kraut, Peterlein	65	Quitten gedörrete	99
Saamen	92	Kerne, Saamen	87
Macedonischer	92	Raden = Distel = Wurzel	30
Wurzel	39	Rakassra, Balsam	132
St. Peters = Kraut	65	Ratten = Pulver oder Gift	10
Schlüssel	79	Rausch = Gelb	11, 15
Pfaffen = Pint	21	Rauten, Kraut	68
Röhrlein, Kraut	72	Saamen	93
Wurz	46	Regen = Würmer, getrocknete	148
Pfauen = Roth	150	Reiher = Schmalz	153
Pfeffer, langer	109	Reinweide	61
Spanischer	109	Rettig = Saamen	93
schwarzer	109	Rhabarbara, edle, wahre	41
weisser	108	Münchs	41
Wurz	40	weisse	35
Pfenning = Kraut	64	Rhapontic, gemeine	42
Pferd = Geylen	146	wahrhafte, gerechte	42
Schmalz	154	Rhein = Blumen	80
Pfersich = Blüth	79	Farn, Blüthe oder Blumen	80
Kern	103	Rheins	
Pfingst = Rosen = Wurzel	40		

III. Teutsches Register.

Rhein = Farn, Kraut	72	Saffor = Saamen	85
Saamen	95	Safran	107
weisser, spiziger	67	wilder,	76
Rhinoceros = Horn	151	Saamen	85
Rhodiser Dorn = Holz	116	Sagapen = Gummi	128
Rinder = Inschlitt	153	Sagu	136
Ringel = Blumen	76	Salab, Wurzel	43
Ritter = Sporn	76	Salbey = Blumen, Blüthe	79
Römischer Allaun	3	Kraut	68
Chamillen	76	wilde	68
Fenchel	88	Saliter, Salniter	3
Kümmel	87	Salmiac	4
Nessel = Saamen	95	Salpeter	3
Vitriol	5	Salz Egrisches Laxier =	4
Wermuth	48	Englisches Laxier =	4
Rosen = Holz	118	Meer =	4
Klapper =	68	Sedlizer	4
Knopf	79	Spanisches, Soda	5
rothe	79	Stein =	4
Ulmer, bleiche	79	Sandarach	128
weisse	79	Sandbeere	74
Wurz	42	Sandel = Holz, blaues	117
Zucker =	79	gelbes	118
Rosinen, grosse	102	rothes	119
kleine	102	weisses	118
Ros = Aloe	133	Sanickel, Kraut	49. 69
Cästen, Castanien	100	Wurzel	43
Rinde	113	Sanley, Wurzel	43
Schwefel	15	Sapphir	9
Roskub = Blumen	77	Sarsaparill = Wurzel	43
Kraut	57	Cassafras = Holz	119
Rosmarin = Blüth	75	Rinde	114
Kraut	68	Saturey	69
Röthe = Wurzel	42	Sau = Brod = Wurz	28
Röthel = Stein	2	Fenchel = Wurzel	39
Rotheblaffen = Kraut	58	Kraut	71
Rothe = Wurz	46	Wurzel	34. 45
Rüben, rothe	23	Sauerampfer = Kraut	48
Saamen, weisser	93	Saamen	81
Rubin	9	Wurzel	19
Ruhr = Kirschen	99	Sauer = Klee	48
Kraut	55. 58	Saurach = Beer, gedörnte	96
Wurz Indianische	33	Saamen	84
Teutsche	46	Scabiosen = Blumen	80
Ruprechts = Kraut	58	Kraut	69
Saamen, wohlriechender, Amoem =	82	Scammonium	122
lein	68	Schabenkraut = Blumen	80
Sade = Baum	76	Schaf = Garben = Kraut	64
Saffor = Blumen	76	Schafmüllen = Saamen	81
Gesneri mat. med.		Schaf = Heu	57
		D d d	Scham

III. Teutsches Register.

Schampanierwurzel	29	Schwamm	17
Scharbocks-Klee	73	Stein	8
Wurzel	46	Schwarzwurzel	27
Kraut	70	Schwefel gelber	15
Wurzel	26	lebendiger, grauer	15
Scharlach-Beer	100	Kopf-	15
Kraut	58	Wurz	39
Schellkraut-Wurzel, grosse und		Schweins-Brod-Wurz	28
kleine	25, 26	Schmalz	154
Schieferweiß	12	Zähne, wilde	141
Schierling-Kraut	55	Schweisswurz	39
Schiff-Pech	127	Schwertel-Wurz, blaue	34
Schlaf-Aepfel	139	gelbe	19
Kraut	59	Schwindel-Körner	107
Wurzel	33	Wurz	29
Kunzen	139	Scordien, Lachen-Knoblauch	70
Schlag-Kräutlein	54	Scorzoneria-Wurzel	44
Schlangen-Häutlein, Bälge	151	Sebesten	103
Holz	116	Seckel-Kraut	53
Knoblauch-Wurzel	47	Sedlizer Salz	4
Kraut	64	See-Blumen, weisse	78
Schmalz	154	Wurz, weisse	37
Wurzel	24, 44	Ruhe-Stein	148
Virginianische	45	Mäuse	149
Schlehen, gedörrete	95	Pferds-Zähne	146
Blüth	75	Sego	136
Dorn-Kinde	110	Seidel-Bast-Kinde	112
Moos	139	Saamen	86
Saft, eingetrockneter	133	Seiden-Bälglein, gebrannte	151
Schlesische Siegel-Erde	2	Seiffen-Kraut	69
Schlüsselblumen	79	Wurzel	43
Schmeer-Wurzel	27	Selenit	8
Schmergel	8	Selery-Saamen	83
Schminck-Flecklein	15	Wurz	21
Wurzel	40	Senegal-Gummi	129
Schmirgel	8	Seneka, Senegar, Wurzel	45
Schnallenblumen	78	Senf-Saamen rother	94
Schnecken-Decklein	146	weisser	88
Häuslein	146	Sennet-Bälglein	71
Schöll-Kraut, grosses	54	Blätter	70
kleines	70	Sesel-Saamen	94
Wurzel	26	Cretischer	94
Schotten-Dorn-Saft, Egyptischer	133	Seben-Baum	68
Schuppenwurzel	29	Siebenfinger-Kraut	73
Schwalben, gebrannte	147	Siebengezeit	63
Kraut	54	Siegel-Erde. s. Erde	4
Nester	147	Siegmars-Kraut	20, 49
Wurzel	33	Sigmunds-Wurzel	20
			Sieg

III. Teutsches Register.

Sieg-Wurzel, lange und runde	47	Stech-Apfel	72
Silber-Blättlein, geschlagen	10	Nüsse	104
Blette	13	Rüben-Saamen	91
Kraut	50	Stech-Rüben-Saamen	91
Simaruba, Rinde	114	Stein-Brech, rother, Wurzel	31
Simeons-Kraut	49	weisser, Kraut	69
Singrün	74	Wurzel	29, 44
Sinnau, Kraut	49	Eypich-Saamen	92
Smaragd	9	Flachs	6
Smerbel	52	Klee, blauer	63
Sonnen-Thau	67	gelber	63
Wend-Kraut	54	weisser	63
Good-Brod	103	Blumen	78
Sophien-Kraut-Saamen	94	Leber-Kraut	59
Spangrün	15	Mark	2
Spanisches Aschen-Salz	5	Del, roth	14
Fliegen, Mücken	143	schwarz	14
Flor	15	weiß	14
Grün	15	Peterlein, Kraut	66
Hopfen	65	Saamen	92
Pfeffer	109	Wurzel	40
Spargel-Saamen	83	Rauten	49
Wurz	23	Saamen	91
Speichel-Wurz	41	Salz	4
Speyerling	103	Wurz	49
Spey-Wurz, Indianische	33	Stendel-Wurz	44
Spicanard, Indianischer	46	Sterk-Kraut	50
Spick-Blumen	80	Stern-Anis	83
Celtischer	46	Leber-Kraut	63
Kraut	60	Stick-Wurz	24
Spiegel-Harz	123	Stöchas-Blumen, Arabische	80
Spieß-Glas	10	gelbe	80
Erz	10	Stolzer Heinrich	45
Spinnblumen-Wurzel	26	Storax, Gummi, in Körnern	129
Spinnendistel	53	flüssiger	132
Wurz	24	Storchen-Schmalz	154
Spring-Körner	85	Schnabel, Kraut	58
Kürbis-Wurz	28	Strausen-Eyer	151
Staab-Wurz	47, 56	Streubelwurz	29
Stachel-Schwein-Stein	150	Süß-Holz	35
Stahlfeil	12	Saft	134
Stall-Kraut	61	Syrische Pimpernüsslein	103
Wurzel	38	Syrup-Zucker	137
Staphis-Körner	94		

III. Teutsches Register.

Taback	64	Beil = Kraut	74
Tacamahac = Gummi	129	Wurz, Florentinische	34
Täschelkraut	53	gemeine	34
Tag und Nacht = Kraut	65	Benedisches Bleyweiß	11
Talch, Talk	9	Borax	5
Tamarinden	104	Glas	15
Tamarisken = Kraut	72	Terpentin	132
Rinde	114	Venus = Haar	49
Tauben = Kraut	74	Violen = Blumen, blaue	81
Kropf, Kraut	58	Saamen	95
Tausend = Blatt	64	gelbe	77
Gulden = Kraut, klein	53	Kraut	74
Knoten	54	Merzen	81
Terpentin Cypriſcher, wahrer	132	Wurz, Florentinische	34
gemeiner	132	gemeine	34
Benedischer	132	Vippern = Rückgrat	152
Teufels = Abbiß, Kraut	64	Schmalz	154
Wurzel	36	Virginische Klapper = Schlangen =	
Dreck	121	Wurzel	45
Teutscher Ingwer	21	Schlangen = Wurzel	45
Thee	72	Vitriol, blauer	5
Thomas = Zucker	137	Cypriſcher	5
Thymian, Cretischer	73	Engliſcher	5
gemeiner	73	gemeiner	5
Thym = Seide	56	grüner	5
Toll = Beere	51	Kieß, Hebiſcher Eisen =	13
Wurzel	33	Römischer	5
Tormentill = Kraut	73	Ungrischer	5
Wurz	46	weißer	5
Traganth	129	Ulmer Rosen	79
Trauben = Blätter	74	Ungrischer Vitriol	5
Kraut	52	Unſchlitt, ſ. Inſchlitt.	
Treib = Körner, groſſe	85	Vogel = Kraut	49, 50
kleine	85	Nest = Saamen, Cretischer	87
Tripel = Erde	2	gemeiner	88
Truttenfuß = Saamen	90	Zungen	89
Türkische Meliffen	63	Vögelein im Nest	88
Siegel = Erde	2	W achholder = Beer	101
Turbit = Wurzel	46	Gummi, Harz	128
Tutia	15	Holz	117
V anilien	104	Lympf	60
Vehe = Distel, Kraut	53	Sproſſen	60
Saamen	84	Wachs gelbes	156
		Stopf	156
		weißes	156
		Wachtel = Schmalz	154
			Wald =

III. Teutsches Register.

Wald, Mangold	67	Wein = Kauten	68
Meister	62	Wurzel	25
Melissen	63	Stein	137
Nachtschatten	51	Weisses Nichts	14
Rüben	28	Weiß = Wurz	40
Stroh	58	Well = Saamen	94
Wallfisch, Ruthe	145	Welscher Wermuth	48
Wallrath	145	Wermuth, gemeiner	48
Wallroß = Zähne	146	Römischer	48
Wall = Wurz	27	Wiederstoß	23
Kraut	55	Wiesen = Klee	73
Wasser = Bathenig	70	Kümmel	85
Bungen	51	Wild = Urin	58
Dosten	57	Wilde Schweins = Zähne	141
Eppich = Wurzel	21	Winden = Saft, purgierender	137
Farn = Wurzel	31	Winter = Blumen	80
Klee, Kraut	73	Endivien = Saamen	88
Wurzel	46	Grün	74
Knoblauch	70	Rosen	78
Lilien = Wurzel	37	Winters Americ. Gewürz = Rinde	115
Melonen = Saamen	86	Wismuth	13
Mengel = Wurz	33	Wohlgemuth	65
Nüsse	104	Cretischer	65
Wegerich = Kraut	66	Wolfs = Beere	74. 102
Saamen	92	Bohnen	90
Wurzel, breite	40	Leber	148
Weg = Dorn = Beer	104	Milch = Wurzel	30
Gras	54	Schmalz	154
Senf, wilber	57	Wolberley	22
Fritt	54	Wullkraut	73
Warten = Blumen	77	Blumen	80
Kraut	54	Wunderbaum = Saamen.	
Saamen	86	Wundkraut	56. 71. 74
Wurz	26	gulden	55
Wegweiß	26	heydnisch	55
Weichseln	98	Wurm = Farn	72
Weiderich, gelber	62	Kraut = Blumen	80
rother	62	Saamen	86
Weiden = Laub	68	Wurz	24
Mistel	120	Zahn = Purpur = Schnecken	18
Schwamm	139	Schnecken	18
Weihrauch	127	Wurzel	29. 41
Rinde	114	Zapfen = Holz = Rinde	112
Wein = Beerlein	102	Zäpflein = Kraut	75
Kirschen	98	Zaun = Könige, gebrannte	151
Laub, Trauben = Blätter	74	E e e	Zaun
Nägelen	96		

III. Teutsches Register.

Zaun = Neben = Wurzel	24	Zinnober	12
Rüben = Wurzel	24	Berg	12
Zehr = Kraut	52	Zirbel = Nüßlein	102
Wurz	21	Zittwer, falscher runder	25
Zeitlosen = Wurzel	26	Saamen	86
fremde	32	Wurz	109
Zibeben	102	Zucker	136
Zibeth	153	Candi	137
Ziesern	85	Rosen	79
Zimmet	106	Syrup	137
bitterer	112	Thomas	137
Mutter	106	Zungenkraut	75
Nägelein = Nelken	106	Zwetschen	103
weisser	107	Zwiebel Meer	44

